b *Arx*, *propriè idem qvod cacumen montis*, der Gipffel des Berges / ut: *Romuli casa in arce sacrorum*, i. e. *in monte capitolino, stramentis tecta.* Vitr. l. 2. c. 1.

c *Arx*, *pro qvovis præsidio*, ut: *Non potui magis in arcem illorum causæ invadere.* Cic. Fam. l. 1, 9.

Transfugisse classem, arcem commeatuum, h. e. *firmamentum*. Tacit. l. 3. Hist. & Lipsius ibid.

Arytenum *sive* artenam, *vas ab hauriendo sic appellabant*. Fest.

Arytenoides *dicuntur tertia & qvarta cartilago laryngis*. Vesling. c. XI.

Arzi, *vid.* Oryza.

As *assis*, *m.* (a) *dici potest omne totum, qvod in XII. partes est divisibile, hinc:*

b *As dicitur de integro jugero*, ut: *Jugerum efficit pedes 28800, hoc est as, in qvo sunt scrupula* CCLXXXVIII Colum. l. 5. c. 1. fin.

c *As dicitur de hereditate*, ut: *Hereditas pleruṁq; dividitur in XII. uncias, qvæ assis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina, ab uncia usq; ad assem, hæc: Sextans* ($\frac{1}{6}$ *vel* $\frac{2}{12}$ *assis*,) *Qvadrans* ($\frac{3}{12}$ *vel* $\frac{1}{4}$.) *Triens* ($\frac{4}{12}$ *vel* $\frac{1}{3}$.) *Qvincunx* ($\frac{5}{12}$.) *Semis* ($\frac{6}{12}$ *vel* $\frac{1}{2}$.) *Septunx* ($\frac{7}{12}$.) *Bes* $\frac{8}{12}$ *vel* $\frac{2}{3}$.) *Dodrans* ($\frac{9}{12}$ *vel* $\frac{3}{4}$.) *Dextans* ($\frac{10}{12}$ *vel* $\frac{5}{6}$.) *Deunx* ($\frac{11}{12}$.) §. 5. inst. de ne red. inst.

d *Aliqvem ex asse heredem instituere*, einen allein zum Erben einsetzen / einem die gantze Erbschafft verlassen. l. 13. §. 5, 6. ff. de hered. inst.

e *Aufertur hereditas ex asse*, die gantze Erbschafft wird entzogen. l. 2. ff. de his qvæ ut indign.

f *Ex asse debere legatum*, ein Vermächtnis gäntzlich zu bezahlen schuldig seyn. l. 1. §. 12. ff. ut legat. causa cav.

g *Ex asse possidere rem*, ein Ding allein besitzen. l. 15. §. 1. ff. qvi satisd. cog.

h *Etsi non in assem, in aliqvid tamen satisfacere creditoribus*, obgleich nicht gäntzlich / doch zum Theil seine Gläubiger befriedigen. l. 2. §. 1. ff. de separat.

i *Ex asse amicus*, i. e. *integerrimus*, ein sehr guter Freund.

k *Ad assem impendium reddes*, du solt mir die auffgewendeten Unkosten bey Heller bey Pfenning ersetzen. Plin. l. 1. ep. 15.

l *As dicitur de usuris, hinc* As *usurarius idem est, ac usura centesima*, zwölff vom hundert / *cujus mentio fit* tot. tit. Cod. de usur. rei jud. *Genera qvoq; usurarum ita distinguuntur* l. 26. Cod. de usur. *ubi tertia pars centesimæ idem est, ac* vier vom hundert. *Bes centesimæ*, acht vom hundert. *Semissis centesimæ*, sechs vom hundert.

m *As dicitur de pecunia & notat æreum vel obolum*, ein Heller / ut: *Lex fuit: SI. INJURIAM. FAXIT. ALTERI. VIGINTI. QVINQVE. ÆRIS. POENÆ. SUNTO. Qvidam autem Lucius Veratius fuit, egregie homo improbus atq; immani vecordiâ, is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palmâ verberare. Eum servus sequebatur, crumenam plenam assium portitans, & qvemcunq; depalmaverat, numerari statim secundum XII. tabulas XX. & V. asses jubebat.* Gell. l. 20. c. 1. *Romani primo in denario denos æreos asses constituerunt.* Vitruv. l. 3. c. 1.

n *As* Vitruvio *est sexta pars unius libræ.* ibid.

Asa dulcis, *dicitur Benzoimum, estq; resina citrinescens, vel flava*, wolriechend Asand. Matth.

Asa fœtida, *succus est sive lacryma laseris sive sylphii in Media, Libya ac Syria crescentis*, Teuffelsdreck. Matthiol.

Asarina æ, *f. species Asari.* Matth.

Asarotices *a um*, ut: *Aureasq; portas exornes asaroticis lapillis*, mit vierecketen Steinen oder Tafeln. Sidonius.

Asaróton *i*, *n.* ἀσάρωτον, *genus pavimenti, artificiosis picturis elaboratum, sic dictum, qvod scopis non verri debeat. Nam manibus purgamenta colligebantur, & spongiis mundabantur.*

Asarotos œcos, *idem qvod Asaroton*, ein Saal / welcher nicht darff mit Bäsemen gekehret werden.

Asarum *i*, *n. herba*, Haselwurtz / *nardus rustica vel sylvestris.* Plin. l. 12. c. 13.

Asbestinum, *genus est lini, qvod ignibus non absumitur.* Plin. l. 19. c. 1

Asbestos, ἄσβεστος, *gemma, qvæ in Arcadiæ montibus nascitur.* Plin. l. 37. c. 10.

Ascalabotes, ἀσκαλαβώτης, *animal venenatum, ex genere stellionum* Plin. l. 29. c. 4.

Ascalon, *fuit civitas Palæstinæ, hinc:* Ascalonia, *genus, cepæ ab Ascalone oppido, nominatur*, Plin. l. 19 c. 6.

Ascalonita, *ex urbe Ascalon; unde Herodes pueros Bethlehemiticos qvi necavit, dicitur Ascalonitæ.*

Ascarides, *vermes sunt exigui ex genere lumbricorũ*, kleine Regenwürme / *de qvibus* Galen. l. ult. Method.

Ascaules æ, ἀσκαύλης *utricularius*, ein Sack-Pfeiffer.

Ascendens *ntis*, *m.* (a) *idem qvod Horoscopus*, der Auffgang / das erste himmlische Hauß.

b *Ascendens machina*, ein Sturm-Gerüst / welches man in die Höhe treiben kan / daß die Stürmenden leichtlich auff die Stadtmauer schreiten können. Vitr. l. 10. c. 19.

c *Ascendentes sunt parentes & majores*, die Eltern und Vorfah-

fahren/ ut: *Gradus ascendentiũ.* die auffsteigende Linie im Geschlecht-Register. l. ult. ff. de rit. nupt.

Ascendo, *ndi, nsum, ere,* (a) *est ad aliqvid scandere,* auffsteigen/ ut: *Scalis muros ascendere,* auff der Leiter die Mauer hinauff steigen. Virg.

b *Ascendere gradum dignitatis,* zu Ehren komen. pro Mur. *Ascendere ad honores.* idem.

c *Gradibus ascendere,* die Treppen hinauff gehen. Vitruv. l. 3. c. 2.

Ascensio *onis, f.* (a) *actus ipse ascendendi,* Auffsteigung. Cic.

b *Ascensio apud Astronomos dicitur ortus sideris, estq; vel recta, vel obliqva.* vid. Theor.

c Ascensionis *festum,* das Fest der Himmelfahrt Christi.

Ascensus *ûs, m. idem qvod ascensio,* ut: *Novissimosq; premere & primos prohibere ascensu* Cæs. 5. bell. Gall.

Ascéta *æ, m.* ἀσκητὴς, *qvasi exercitator, qvo nomine veniunt Monachi,* ein Münch.

Asceteria, ἀσκητήρια, *vocantur monasteria,* Klöster. l. 35. Cod de Ep. & Cler.

Aschia *vid.* Thymallus.

Ascia (a) *teste Plinio appellantur loca Indiæ, in qvibus umbra non sunt, Septentrioq; non conspicitur, ab* ἀ *priv. & σκια umbra.* l. 2. c. 73.

b *Ascia æ, f. instrumentum*

fabrorum, qvo ligna dolantur, eine Zimmer-Axt. Cic. 2. de leg. & Plin. l. 16. c. 40.

Ascio, *as, are,* mit einer Axt oder Beyl behauen/ zummern/ ut: *Sumatur ascia, & qvemadmodum materia dolatur, sic calx, in lacu macerata, asciatur, si ad asciam offenderint calculi, non erit temperata.* Vitr. l. 7. c. 2.

Asciſco, *ivi, itum, ere,* (a) *est adjungere, assumere,* an sich nehmen/ ut: *Id enim, ut svavitate delectans, sic ab erroribus, tanqvam salutare aliqvid, asciscitur, similiq; insitia mors fugitur, tanqvam dissolutio naturæ.* Cic. 1. de Leg.

b *Asciſci in civitatem, est donari civitate,* zu einem Bürger auffgenommen werden.

c *Multa sibi imaginari,* jhm viel einbilden/ *pueriliter dicitur, pro qvo erudite asciscere sibi adhibetur,* ut: *Neqve istam mihi asciſco sapientiam, qvam nonnulli in me requirebant,* ich bilde mir diese Klugheit nicht ein/ welche etliche von mir begehrten. pro Dom.

Expertes illius prudentiæ, qvàm asciscerent, sie waren so klug nicht/ als sie sich einbildeten. de Or.

Nihil unqvam dixi de me sublatius, asciscenda laudis causſa. pro Dom.

d *Asciſcere aliqvem generum,* einen

einen zum Eydam annehmen. Justin. l. 42. c. 1.

Ascites, ἀσκίτης, *est species hydropis, cum humor aqvosus, serosus & salsus in abdominis capacitate continetur,* Wassersucht. vid. Med. Pract.

Ascitius *a um,* adjectitius, dazu genommen. Plaut. & Ovid

Ascitus *a um,* angenommen/ ut: *Tanta erat svavitas sermonis Latini, ut appareret, in eo nativum qvendam leporem esse, non ascitum.* Corn. in Att. c. 4.

Asclepias *adis, f. hirundinaria,* Schwalbenwurtz. Dioſc. l. 3. Plin. & Matth.

Ascolia *orum, pl. ab* ἀσκὸς *uter, festa erant apud Atticos, qvibus inter utres saltantes bacchabantur, unde & ab utribus nomina sumpsere,* ut: *Unctos salière per utres,* Virg. in Georg.

Ascoliasmus *i, m. Empusa ludus,* das Tantzen auff einem Bein/ das Hüpffen oder Hincken. Pollux.

Ascopēra *æ, f. marsupium aut sacculus pelliceus,* ein Wadsack / Rantzen/ Vellitz. Svet. in Neron.

Ascribo, *psi, ptum, ere,* (a) *est propriè scribendo addere,* hinzu schreiben / ut: *In qva primum erat, qvod antiqvior dies in tuis fuisset scripta literis, qvàm in Cæsaris,* in welcher das fürnembste war / daß in

deinem Schreiben ein älterer Tag geschrieben stunde/ als in des Cæsaris Brieff. Qv. Fr.

b *Ascribere in civitatem, in civitate & civitati,* zu einem Bürger auffnehmen.

c *Ascribere alicui salutem,* einen grüssen lassen / ut: *Te sororemqve tuam, & matrem maximè diligit, salutemq; tibi plurimam ascribit.* Att.

d *Ascribere est tribuere,* ut: *Bonos exitus bonorum ascribimus attribuimusqve sine ulla ratione diis immortalibus.* de Nat.

e *Heres per falsum adscriptus,* welcher fälschlich als ein Erbe ins Testament gesetzt. l. 4. ff. de his, qvæ ut indign. auf.

f *Qvi sibi legatum, fidei commissumve adscripserint, lege Cornelia (de falsis) tenentur.* l. 1. §. 7. ff. de L. Corn. de fals.

Ascriptio, *onis, f.* Zuschreibung/ Zumessung. Cic. de Cecin.

Ascriptitius *a um,* eingeschrieben/ angenommen / ut: (a) *Ascriptitii sunt, qvi vulgò in collegiis magistratuum extraordinarii dicuntur, ut nonnulli sunt hodiè inter Senatores Venetiis.*

b *Ascriptitii dii sunt, qvi diis majorum gentium opponuntur.* Bud. in ff.

c *Ascriptitii cives sunt, qvi natis civibus adjuncti, se jam in alterius imperium dediderunt.* Cic. 3. de Nat. Deor.

d *Ascriptitius non multum à servo differebat, qui scilicet cum terra & possessionibus vendi poterat, ut servus cum peculio*, leibeigener Bauer. l. 21. Cod. de agricolis & censit.

e *Ascriptitia*, eine leibeigene Frau. ibid. & l. 1. C. de præd. tamiac.

Ascriptivus *a um*, ut: *Ascriptivi milites*, Passivolanten/ oder Lückenbüsser. Plaut.

Ascriptivi dicti, qui olim adscribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, si quis eorum deperisset. Varro l. 6. de L. L.

Ascriptor *oris*, *m. propriè*, *qui ascribit*, ein Zuschreiber / *sæpius pro Causidico*, *qui causam alicujus adjuvat*, *sumitur*, ein Beyständer / ut: *Autor & ascriptor in restituendo*, der einem zu dem seinigen wieder hilfft. Cic. pro Red.

Ascyron, *species hyperici*, Hartheu / S. Johannis Kraut. Matthiol.

Asella *æ*, *f.* eine Eselin. Ovid.

Asellus *i*, *m.* ein Eselein/ ut: (a) *Campus nullis, cum siccus est, arabilis tauris, post imbres vili asello*, das Feld / wenn es trucken und dürre / lässet sich nicht durch starcke Ochsen / nach einem Platz-Regen aber durch einen schwachen Esel pflügen. Plin. l. 17. c. 5.

b *Asellus piscis sic dictus, quod sit colore cinericio, quem admodum & asini, vulgò Merlusium vocamus*, Stockfisch/ Klippfisch/ Rothscheer. Plin. l. 9. c. 17.

c *Aselli dicuntur stellæ duæ in signo Cancri.* Plin. l. 18. c. 35.

d *Aselli*, *Plinio procelliones millepedæ*, *multipedes*, Kellerwürm / Eselgen / Schäffelein.

Aselli meatus, *dicuntur venæ lacteæ in mesenterio*, die Milch-Adern. Vesling. c. 3. synt. Anatom.

Asia *æ*, *f. tertia Mundi pars, hinc*

Asiacus *a um*, *ex Asia*. Ovid.

Asianus *a um*, i. e. *Asiacus*, Asiatisch. Quintil. l. 8. c. 1.

Asiaticus *a um*, i. e. *Asianus*, ut: *Asiaticum orationis genus*. Cic. de clar. Orat.

Asilus *i*, *m. musca genus horrisonum faciens strepitum, & gregibus maximè infestum*, eine Breme / Roßmücke / grosse Fliege. Virg. 3. Georg.

Asina *æ*, *f.* Eselin / ut: *Ex equo & asina fit mulus*, Varro de re rust. c. 8.

Asinarius *a um*, ut: *Mola asinaria, quam circumagit asinus, & Plauti Asinaria dicta est comœdia, quod de asinorum venditione tractet.*

Asinarius *i*, *m. qui pascit & ducit asinos*, Eselstreiber. Suet. in August.

Asininus *a um*, *quod est asini*, ut: *Asininus pullus*, ein junger Esel. *Ossa asinina*, Eselsknochen. Varr. 2. de re rust. c. 8.

Asinus *i*, *m.* (a) *est animal rudens*, ein Esel. Varr. de re rust. ut: *Magnum est periculum, me ab asinis ad boves transcendere*, es stehet grosse Gefahr darauff / wenn ich von einem Esel auff einen Ochsen steige / das ist / wenn ich von meines gleichen geringern Standes zu höhern Standes-Leuten mich geselle. Aul. 2, 2, 56.

b *Asini, homines stupidi & stolidi sunt*, grobe Gesellen / ungeschickte Leute / ut: *Quid nunc te, asine, literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus.* Aul.

c *Ut asinus ad lyram*, wie der Esel zum Lautenschlagen.

d *Asinus machinarius*, ein Müller-Esel / welcher die Roß-Mühle treibet. l. 12. §. 10. ff. de instr. leg.

Asio *onis*, *f. avis est ex nocturnarum genere, minor bubone, plumas erectas habens, aurium modo*, Ohrkautz/ Horn-Eule. Plin. l. 10. c. 23.

Asis *idis*, ut: *Asis terra* pro *Asia*. Ovid. 9. Metam.

Asius, *lapis est pumicis instar levis, fungosus, friabilis, hoc, quod carnes absumat, utebatur antiquitas ad defunctorum sepulcra.* Plin. l. 36. c. 17. plura vid apud Galen. l. 9. simpl. & Dioscor.

Asmotographi *dicti sunt Poëtæ, qui ad barbiton, citharam, aliudve musicum instrumentum, cantica conscribebant, cujusmodi fuere Automedes, Demodocus, &c. ut post Demetrium Phalereum refert* Cæl. Rhod. l. 7. c. 4.

Asomatos, ἀσώματος, *sine corpore, incorporeus.* Cic. 1. de Nat. Deor.

Asotia *æ*, *f.* ἀσωτία, *luxus cum nequitia*, Schwälgerey/ Unmässigkeit / üppiges Leben. Gell. l. 10. c. 17.

Asotos, ἄσωτος, *adverb. incontinenter, prodigaliter*, unmässig / verschwenderisch. Martial. l. 4.

Asotus *i*, *m. est, qui luxu & ganeæ studio perditus est, Latinè nequam*, Schwälger/ Verschwender/ Schlemmer. Bud. *it.* Cic. l. 2. de Fin.

Aspalathus, *frutex surculosus, multis horrens spinis, Rhodii lignum*, Rhodieser Holtz/ *vulgò*, Rosen-Holtz. Gal. l. 8. simpl. Clus. rar. stirp.

Asparagus *i*, *m* ἀσπάραγος, *herba dicta, ut ait* Festus, *quod in aspero virgulto nascatur*, Spargen.

Aspargo *inis*, *f. vitium ex pluvia undâve contractum, alii legunt aspergo*, Schade / so durch das Treischen oder Sprützen vom Regen oder Feuchtigkeit verursachet wird. l. 4. §. 2. ff. de L. Rhod.

Aspectabilis *e*, *c. dignum quod*

aſpiciatur, anſehnlich / Anſehens werth. Cic. de univerſ.

Aſpecto, *as, are, freqventer aſpicere & fixè intueri*, ſtarck anſehen. Terent. Eun.

Aſpectus *us*, *m.* (a) *effigies eſt cujuſcunq; animalis*, das Anſehen / ut: *Aſpectus miſerabilis*, ein erbarmliches Anſehen. 2. Phil.

Aſpectus ſcenæ, i. e. *formæ*, die Geſtalt der Schaubühnen Vitruv. l. 7. c. 5.

b *Aſpectus idem qvod intuitus*, ut. *Si qvod citiq; occurrit, & primo qvaſi aſpectu probabile videtur, id confirmatur, qvid eo levius?* 4. Acad.

Aſpectu alicujus admodum latum eſſe, ſich an eines Gegenwart ſehr beluſtigen. Curt. 147.

c Aſpectus *idem qvod viſus*, das Geſicht / ut: *Nec aſpectum qvidem hoſtis ſuſtinere*, des Feindes nicht erwarten. Curt. 189.

Qva ex conjunctione cœlum ita aptum eſt, ut ſub aſpectum & tactum cadat. de Un.

Pomorum jucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam & aſpectus. de N.

Qvæ aſpectu ſentiuntur. Off.

d *In aſpectum lucemq; proferre*, ſehen laſſen und zu Rechte bringen. pro Arch.

e *Aſpectus Planetarum ſunt Conjunctio, Oppoſitio, Trigonus, Sextilis & Qvadratus.* vid. Jovian. Pontan. l. 1.

Aſpello, *is, ere, eſt à ſe pellere*, von ſich treiben / ut: *Sed longè à lato aſpellor numine Jovis.* Cic. in Tuſc.

Neqve exilium exitio eſt, neq; adeò ſpes, qvæ mihi hunc aſpellat. Capt.

Aſpendios. *uva genus, damnatum avibus, qvod nec ab ulla alite etiam attingitur.* Plin. l. 14. c. 18.

Aſper *a um*, rauh / hart / herb / unlieblich / ut: (a) *Homo aſper & durus oratione & moribus*, ein verdrießlicher und unfreundlicher Menſch in Worten und Sitten. Claudian.

b *Aſpera loca*, rauhe örter. Cæſ. 3. bell. civil.

c *Sapor aſper*, herber Geſchmack. Virg. 4. Georg.

d *Aſpera tempora*, ſchwere Zeiten. Cic. pro Corn. Balb.

e *Aſper nummus diciputatur, qvi recenter ſignatusq; eſt, qvod plusculum habeat aſperitatis, qvam ille, qvi jam manibus tritus eſt.* Svet. in Neron.

f *Juvenis aſper*, ein widerſpenſtiger ungehorſamer Jüngling. Horat. & Lampr.

g *Aſpera virgo, dicitur Diana, ob aſperam vitam.* Senec.

h Aſper *ſpiritus Græcis eſt, cum vox* (e. g. ὥρα) *cum aſpiratione pronuncianda eſt, ſicut Latinis H.*

i Aſperrima *hyems*, ſehr kalter Winter. Vell. Paterc. l. 2. c. 119.

Aſperius nihil eſt humili cum ſur-

ſurgit in altum, kein Meſſer iſt das ſcharffer ſchiert / als wenn ein Bauer edel wird. Claud

Aſperè, *adverb. durè, inſolenter*, hart / rauh. Cic.

Aſpergillum *i*, *n.* Weyhwedel / Sprengwedel. Sipontin.

Aſpergo *inis*, *f.* Anſprengung / ut: *Salſa ſtumant aſpergine cautes.* Virg. Æneid.

Aſpergo, *rſi, rſum, gere*, (a) *eſt aliqvantum madefacere*, beſprengen / ut: *Aſperſiſti aqvâ, jam rediit animus.*

b *Aſpergere ſalem carnibus*, vel: *aſpergere ſale carnes*, das Fleiſch mit Saltz beſprengen / einſaltzen. Plin.

c *Aſpergere idem qvod addere*, ut: *aſpergere ſextulam*, noch ein geringes hinzu thun. vid. Heres.

Aſpergere gravitati comitatem, zu dem Ernſt auch Freundligkeit thun / Ernſthafftigkeit und Freundligkeit unter einander ſehen laſſen. pro Mur.

d *Labem aſpergere alicujus dignitati*, an eines Ehren einem ſchaden. in Vat.

g *Suſpicione aliqvem aſpergere*, einen in einen Verdacht bringen. pro Cæl.

Aſpergere *aliqvid in epiſtolis dicimus, cum pauca de re aliqva ſcribimus*, ein wenig eines Dinges im Schreiben gedencken. Cic. ad Cæl. l. 2, 15.

Aſperitas *atis*, *f.* Grobheit / Unfreundligkeit / ut: (a) *Loci iniqvi aſperitas.* Ovid. 4. de Pont.

b Aſperitatem *alicujus vereri*, eines Unfreundligkeit ſcheuen. Corn. 740.

c *Aſperitas agreſtis & inconcinna.* Hor. 1. ep.

d *Aſperitas viarum.* Cic. 9. Philip. *it.* Liv.

e *Aſperitas ſcenæ*, allzu ernſthaffte Außputzung des Theatri. Vitruv. l. 7. c. 5.

Aſperiter, *adverb. aſperè.* Nonius.

Aſpernabilis *e*, *o. dignus ut aſpernetur*, verachtens werth. Gell.

Aſpernatio *onis*, *f. contemtus*, Verachtung. Cic. 4. Tuſc.

Aſpernor, *atus ſum, ari*, (a) *eſt averti, non ſolùm corpore, ſed etiam animo*, verachten / ut: *Non aſpernari alicujus liberalitatem*, eines guten Willen nicht außſchlagen. Curt. 112.

Habeo, inqvam, ſententiam tuam, neq; eam admodum aſpernor, ich habe deine Meynung wol inne / und bin derſelben ſo gar ſehr nicht entgegen. Acad.

Novum imperium aſpernari, neue Herrſchafft verachten. Curt. 378.

b Aſpernari *nomen publicani*, ſich des Namens eines Zöllners ſchämen. l. 1, 1. Qv. Fr.

Aſpero, *as, are, aſperum facere*, rauch machen / ut: *Et glacialis hyems, aqvilonibus aſperat undas.* Virg. 3. Æn.

Aſperſio *onis*, *f.* Beſprützung / Anſprengung. Cic. 2. de Leg.

Aſperſorium *idem quod aſpergillum.* Roſin.

Aſperſus *us*, *m.* i. e. *aſperſio*, ut: *Quæ inſecta appellavimus omnia olei aſperſu necantur.* Plin. l. 11. c. 53.

Aſperugo *inis*, *f. aparine*, *lappago*, Kleberkraut. Plin. l. 26. c. 10.

Aſphaltion, ἀσφάλτιον, *trifolium aſphaltite*, Hartz-Klee Dioſc. l. 3. Plin. l. 21. c. 9.

Aſphaltites, *lacus Syriæ*, *nihil præter bitumen gignens*, das tod'e Meer. Plin. l. 5. c. 16. Solin. c. 49. & Juſtin. l. 36. Vitruv. l. 8. c. 3

Aſphaltos, *f. Bitumen picis inſtar durum, eſtq; vel vera ex lacu aſphaltite, dicturq;* Jüdenbech / *vel ſubſtitutia, quæ in officinis dicitur Piſſaſphaltos*, Erdwachs.

Aſphodĕlus *i*, *m.* (a) *albus ſive mas*, weiß Affodill-Wurtz.

b *Aſphodelus luteus ſive fœmina*, gelb Affodil-Wurtz. Matthiol.

Aſpicio, *ſpexi*, *ſpectum*, *ere*, (a) *eſt intueri, oculos ad aliquid intendere*, anſchauen / anſehen / ut: *Aſpicite ipſum, contuemini os, conferte crimen cum vitâ, uſq; ad hoc tempus explicata, tum crimen recognoſcite*, ſehet jhn an / ſchauet jhm ins Angeſicht / haltet die Schand-Laſter gegen ſein Leben / ſo er biß hieher geführet / und alsdenn erkennet über der That. pro Sylla.

b *Ad faciem cum aſpicies, haud videntur mali*, wenn du ſie unter dem Geſicht anſiehſt / ſcheinen ſie nicht böſe ſeyn. Pæud.

c *Aſpicere inter ſe, eſt mutuò aſpicere*, einander heimlich anſchauen. III. Cat. V.

d *Aſpicere lucem, eſt naſci, edi in lucem*, gebohren werden / ut: *Portentum & monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humanâ ſpecie & figurâ, qui tantum immanitate beſtias vicerit, ut propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce privârit*, der muß gewiß ein Unmenſch und gräulich Unthier ſeyn / welcher zwar menſchliche Geſtalt und Anſehen hat / an Grauſamkeit aber die wilden Thier ſo weit übertrifft / daß er die jenige / welche jhn zur Welt gebohren haben / ſchändlicher weiſe ümbs Leben bringet. pro Sext. Roſc.

e *Aſpicere aliquem, eſt juvare*, ut: *Jupiter omnipotens, precibus ſi flecteris ullis, aſpice nos.* 2. Æn.

Aſpidiſci, *pl. m. brevia ſunt ſcuta, & in ſcuti modum orbicularia ornamenta.* Cæl. l. 13, 16.

Aſpilates, *gemma eſt ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni; eſt & altera eodem nomine argentei coloris:*

loris: utriusq; meminit Plin. l. 37. c. 10.

Aſpiratio *onis*, *f. actus aſpirandi*, Athembolung / Anblaſung / ut: (a) *Animantes aſpiratione aëris ſuſtinentur*, Cic. 2. de Natur. Deor.

b *Aſpiratio idem ac influentia.* Cic. 1. de divin.

c *Aſpiratio terrarum diſparabilis, pro exhalatione.* Cic. 1. de divin.

d *Aſpiratio idem quod ſpiritus aſper, ſive H. Græcorum,*

Aſpiro, *avi*, *atum*, *are*, (a) *eſt afflare*, anblaſen / ut: *Lenius aſpirans aura ſecunda venit.* Catul.

b Aſpirare *idem quod accedere*, ut: *Nemo ad alienam cauſam invitis iis, quorum negotium eſt, accedere aut aſpirare debet.* I. V.

Quando iſte, niſi Februario menſe, aſpirabit in curiam? I. V.

Dicit in campum aſpirâſſe Syllam. pro Syll.

Dixi Romæ fuiſſe, quò iſte ne aſpiravit quidem. pro Qv.

c Aſpirare *ad rem aliquam, eſt vehementer conatu contendere*, ut: *Ad eam laudem, quam volumus, aſpirare non poſſunt.* de clar. Or.

Aſpis *idis*, *f. ſerpens parvus venenoſiſſimus*, eine Schlange. Plin. l. 29. c. 9.

Aſplenium *vel* Aſplenum *quod melius*, Græc. ἀσπλήνιον, *herba dicitur etiam Ceterach, Scolopendrium*, Miltz-Kraut. Vitruv. l. 1. c. 4.

Aſportatio *onis*, *f.* Abführung / Hinwegtragung. Cic. 6. Verr.

Aſporto, *as*, *are*, *aliò portare*, hinweg tragen / ut: *Multa de ſuis rebus ſecum aſportarent.* Cic. in Parad.

Aſprēdo *inis*, *f.* i. e. *aſperitas.* Celſ. l. 5. c. 27.

Aſprētum *i*, *n. locus aſper & abruptus*, ein ungleicher rauher Orth / ut: *Tabernacula ſtatuere in aſpretis & inæquabili ſolo difficile erat.* Liv. l. 5. bell. Maced.

Aſſa *orum*, *cella in balneariis, in qua tantùm ſudant, non etiã lavant*, Schwitz-Stube. Cic. Qv. Fr.

(a) *Aſſa* vel *aſſa carnes*, Gebratens / *quod ſolo igne ſine aliquo liquore coquuntur. Aſſum enim apud veteres ſolum ſignificat ſic:*

b *Aſſa vox, dicitur vox ſola, quæ nulla organorum ſymphonia adjuvatur.* Nonius & Cat. de lib. educand.

Aſſæ *arum*, *nutrices dicuntur ob id, quod adſint iis, quos nutriunt, nec vel exiguo divelluntur.* ex Nonio.

Aſſamenta *orum*, *pl. n. tabulæ ſunt ſectiles*, Thielen / Bretter / *ob id cardinibus aſſamentisq; portarũ utiliſſima.* Plin. l. 16, 4.

Aſſaratum *vid.* Aſſiratum.

Aſſarius *a um*, *quod aſſatum eſt*,

das

das gebraten ist. Cat. de re rust.

Assarum *vid.* Asarum.

Assassinium, *homicidium, quo paganus precio accepto hominem Christianum occidit.*

Assassinus, (a) ein erkaufftер oder bestelter Meuchelmörder. c. 1. de Homicid. in 6.

b *Assassinos putant, esse populos Arabiæ, olim Assascenos appellatos, quos alii Essenos, Arabes verò Gahis*, h. e. *homines ad mortem pro fide prontos*, (Märtyrer) *vocant.* Ludov. Marmol. de reb. Afr.

Assatura, *vulgò & indoctè pro assa*, ein Braten.

Assecla æ, *m.* (a) *Servus sic dictus, quod assit, & omnibus jussis dominorum præstò sit*, ein Diener/der auff seinen Herrn wartet. Nonius.

b *Mensarii assecla*, Schmarutzer. Cic. in Sallust.

c *Assecla*, ein Gefährte/ ut: *Atticus non decere se arbitrabatur, cum prætura gerere noluisset, asseclam esse prætoris.* Corn. in Attic. c. 6.

Assectatio *onis, f. observatio*, Anmerckung/ ut: *Hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem, &c.* Cic. pro Mur.

Latet plerosq; magna cœli assectatione compertum à principibus doctrinæ viris. Plin. l. 2. c. 20.

Assectator *oris, m.* (a) *qui assiduè comitatū præstat*, ein Geleitsman. Cic. pro Corn. Balb.

b *Assectator, est discipulus, qui alicujus doctrinam & eloquentiam imitatur.* Plin. l. 24. c. 7. ut: *Cum Evathlus diutulè auditor assectatorque Protagoræ fuisset.* Gell. l. 5. c. 10.

c *Assectator eloquentiæ.* Plin. l. 29. c. 1.

Assector, *atus sum, ari*, (a) *est comitatum præstare*, das Geleit geben.

b *Assectari aliquem est insinuare se in gratiam alicujus*, einem anhängig seyn/ ut: *Pompejum assectatus est.* Tranqv.

c *Assectari aliquam, est pudorè puellæ fugillare*, einer heimlich nach schleichen. Bud.

Aliud est appellare, aliud assectari: appellat enim qui sermone pudicitiam adtemptat; assectatur, qui tacitus frequenter sequitur. l. 15. §. 19. & 22.

Assello, *are*, *opus naturæ facere*, ut: *Arrius, dum assellaret, emisit intestina.* Scotus in Vocabul. Jur.

Assensio *onis, f. consensus*, Bewilligung. Cic. 4. Acad.

Assensor *oris, m.* ein Beystimmer/ Einwilliger/ Beystand. Cic.

Assensus *us, m. idem quod assensio*, Zustimmung/ Bewilligung/ ut. (a) *Vocem alicujus assensu excipere*, eines Bewilligung/Beyfall gebẽ. Curt. 1020.

b *Assensu omnium aliquid dicere.* Cic. 2. de Nat. Deor.

Assentatio *onis, f.* (a) Schmeichelung/

chelung/ ut: *Blanditiis & assentationibus colligere, turpe est.* Cic. de amicitia.

b *Assentatio*, Beystimmung/ Vorschlagung/ ut: *Romani M. Tullio tantum tribuêre, ut penè assentatione sua, quibus vellet, principatus conciliaret.* Vell. Paterc. l. 2. c. 128.

Assentatiuncula æ, *f.* Schmeichelerey/ ut: *Vereor, ne assentiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.* Cic. ad L. Lucejum.

Assentator *oris, m.* Schmeichler/ ut: (a) *Non benefici nec liberales, sed perniciosi atque assentatores judicandi sunt.* Cic. 1. Off.

b *Cum fuisset humilimus assentator Reginæ, & infra servos cliens.* Paterc. l. 2. c. 83.

Assentatoriè, *adverb.* schmeichlerisch/ ut: *Dubitare non assentatoriè, sed fraternè veto.* Cic. ad Qv. Fr. l. 2.

Assentio, *nsi, nsum, tire*, Beyfall geben/ ut: (a) *Cavendum est, ne his rebus temere assentiamur.* Cic. Off.

b *Darius vultu assentiebat*, Darius gab dem eusserlichen Ansehẽ nach Beyfall. Curt. 1067.

Assentior, *nsus sum, tiri*, (a) *est consentire.* Gell. l. 18. c. 12. ut: *Valdè tibi assentior*, ich bin sehr deiner Meynung/ ich halte es mit dir. l. 11. ep. 14.

Vehementer assentior. l. 11. ep. 21.

Assentiri planè. l. 9, 14.

Is in Cascâ valdè mihi assensus est. Attic.

De quibus habeo ipse, quid sentiam, non habeo autem, quid tibi assentiar. de N.

Vitiosum est assentiri, quicquid falsum. Acad.

Assentor, *atus sum, tari*, (a) *est adulari, blandiri*, schmeichlen/ liebkosen/ zu gefallen reden/ ut: *Ne id assentandi magis, quàm quod habeam gratum, facere existimes.* Adelph. 2, 4, 6.

Assentari omnia, in allem den Leuten zu gefallen reden. Eun. 2, 2, 21.

b *Assentari*, beyfallen/ zustimmen/ ut: *Pompejus iis, qui à Cæsare dimittendos exercitus contendebant, assentabatur iis, qui ab ipso, adversabatur.* Paterc. l. 2. c. 48.

Assequor, *secutus sum, sequi* (a) *est pervenire ad eum, quem sequimur*, einholen/ erlangen/ ut: *Quod vi non poterant, fraude assequi tentant*, sie unterstehen sich das mit list zu erhalten/ was sie mit Gewalt nicht konten. Curt. 1044.

Si enim es Romæ, jam me assequi non potes. Attic.

b *Assequi est adipisci*, überkommen/ ut: *Quâ in re nihil aliud assequeris, nisi ut ab omnibus mortalibus audacia tua cognoscatur & impudentia.* pro Rosc.

Quod

Quod eo labore assequi vis, nullo modo asequère, was du durch selbe Müh erlangen wilst/ wirstu keines weges erhalten. lib. 6, 19.

In hanc tarditatem incidi, sed assequar omnia, si potero. l. 10. 7. Attic.

Hoc ut assequamur, te vehementer etiam atque etiam rogo. l. 13, 28.

c *Propositum assequi*, das fürgesetzte Ziel erreichen.

d *Merita alicujus assequi, est par pari referre*, gleiches mit gleichem vergelten/ ut: *Quid enim aut me ostentem, qui si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum esse assecutus?* i. e. *nullam partem tuorum meritorum videar aquasse.* Cic. Lentulo l. 1, 4.

e *Asequi alicujus ingenium*, i. e. *parem esse ingenio*, es an Geschicklichkeit einem gleich thun. Plin. Jun.

f *Conjecturâ aliquid assequi*, i. e. *conjectando intelligere*, muthmassen/abnehmen.

g *Cogitationem alicujus assequi*, eines Gedancken mercken/ ut: *Qui cogitationem assequi possent & voluntatem interpretari*, die da konten mercken/ was die Gedancken weren/und den Willen erklären. 2. de Juv.

h *Assequi aliquid animo*, etwas sich einbilden. Curt. 798.

Asser *is*, *m.* (a) kleine Bälcklein/ oder Latten/ ut: *Sic in Jonicis denticuli ex projecturis asserum habent imitationem*, also bilden in der Jonischen Ordnung die hervorragende Kragsteinlein kleine Balcklein oder Latten ab. Vitr. l. 4. c. 4.

b *Asseres*, Auffschieblinge/ ut: *Asseres ad stillicidia proclinati collocantur. Item: Insuper sub tegulas asseres ita prominentes ponuntur, ut parietes projecturis eorum tegantur.* Ibid.

c *Asseres dicti, quod assideant parieti.* Festus.

d *Asseres cupressini & abiegni*, Cypressine und thännine Bälcklein oder Latten. Vitr. l. 7. c. 3.

e *Asseres lecticariorum*, Stangen/ daran die Senfften getragen werden. Svet. in Calig.

Asserculum *i*, *n.* eine Stange/ ut: *Assercula quinque.* Cato de re rust. c. 12.

Asserculus *i*, *m.* (a) kleine Latten/Bühnen.

b *Asserculus*, ein schmal Bret/ ut: *Ascensus avibus* (den Hünern) *datur junctis parieti modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus asseruntur, ne sint advolantibus lubrici.* Colum. l. 8. c. 3.

Assero, *asserui, assitum, asserere*, (a) *est juxta plantare*, darneben pflantzen/ ut: *Arbores facito, ut bene marita sint, vitesque uti satis multa asserantur.*

Cato de re rust. c. 32.

b *Asero, asserui, assertum, est affirmare*, bejahen/ bekräfftigen/ ut: *Ut ipsi asserunt*, wie sie sagen. Cic. Off.

Fata salutaria asserebant conservatorem Romani nominis, das heilsame Glück deutete auff diesen Erhalter des Römischen Namens. Paterc. l. 2. c. 69.

c *Asserere manu, est libertate donare*, frey lassen/ ledig sprechen/ loß zehlen/ ut: *Neque vendundam censeo, qua libera est. Nam ego illam liberali causa asserо manu.* Terent. Adelph. 2, 1.

Cum in causa liberali eum, qui asserebatur, cognatum suum esse doceret, non crediderunt. pro Flacc.

d *Asserere in servitutem, est redigere in servitutem*, zum Knechte machen. Liv.

e *Asserere est vendicare*, zuschreiben/ ut: *Nec sapientis sibi nomen, minimè sui contemtor, asseruit.* Quintil.

f *Asserere sibi majestatem divinam*, i. e. *arrogare*, ihme selbsten Göttliche Hoheit zumessen. Bud.

g *Asserere se studiis*, i. e. *totum se studiis tradere*, sich dem studieren gäntzlich ergeben/ ut: *Humiles & sordidas curas aliis mandas, & ipse te in alto isto pingui & succesu studiis aseris.* Plin. Jun.

h *Asserere aliquem cœlo, est ascribere.* Ovid.

i *Asserere, est adhibita ope vindicare*, ut: *Voluit Deus nos in commune succurrere, & per multas auxiliorum vires quenquam in alterum, quod pro se tueretur, asserere.* Quintil.

k *Ex libertinitate ingenuitati se adserere*, sich frey machen. l. 2. §. 1. ff. fiingen. esse dic.

Assertio *onis*, *f.* (a) *affirmatio*, Bejahung/ Bekräfftigung/ ut: *Assertione probare.* Cic. 1. Acad.

b *Assertio* (*pro vindiciis in libertatem*) *Assertio prima autem erat, quum quis aliquem liberum esse asserebat: qui si primò liber non fieret, secundò asserebatur, ac item tertiò.* Fabius l. 3. c. 8. & tot. tit. Cod. de adsertione tollenda.

Assertor, *oris*, *m.* (a) *Vindex alienæ libertatis, qui aliquem ex servitute in libertatem vindicabat*, Erlöser. Liv. l. 3. U. C. & l. 2. Cod. de assert. toll.

b *Assertor est, qui in servitutem vendicat.* Mart. l. 1.

Assertorius *a um*, ut: *Assertoria lis, quam assertor movet, & qua adsertori movetur.* l. 1. pr. Cod. de Adsert. toll.

Assertus *i*, *m.* ein Erlöseter aus der Knechtschafft. l. 2. Cod. eod.

Asservio, *ivi, itum, ire, servire*, dienen. Cic. 2. Tusc.

Asservo, *avi, atum, are* (a) *est custo-*

custodire, verwahren/ auffheben/ut: *Asservare aliquid sub clausstris præferratis*, etwas mit eisern vergitterten Gemächern verwahren / etwas in wolverwahrten Behältern auffheben. Curt 30.

Asservare aliquid negligentius, etwas unachtsam mit einem Ding umbgehen. pro Cecin. XXVII.

Captivos diligenti custodia asservare. Curt. 377.

b *Asservare aliqvem*, ein Auffsehen auff einen haben / ut: *Atqui nunc, here, hic tibi asservandus est*. Ter. Heavt.

Assessio *onis*, *f.* Beysitzung. Cic

Assessor *oris*, *m. cujus officium est assidere præsidi, atq; consulere*, Beysitzer. Cic 1. de div.

Omne officium adsessoris constat in cognitionibus, postulationibus, libellis, &c. l. 1. ff. de off. adsess.

Assessura *æ*, *f.* Beysitzung. l. ult. ff de proxenetis.

Assestrix *icis*, *f.* Beysitzerin. Afranius.

Asseveranter, *adverb. cum asseveratione*, beharrlich. Cic.

Asseverate, *adverb. idem ac asseveranter*. Gell. l. 7. c. 5.

Asseveratio *onis*, *f. affirmatio*, Bejahung / Bekräfftigung. Qvint. l. 4. c. 2.

Nudæ asseverationes, blosse Bejahungen. l. 14. Cod. de probat.

Assevero, *as*, *are*, mit Ernst bestätigen / ut: *Firmissimè asseverare*. Cic. Att. l. 10.

Assi *orum*, *m. sunt lapides sicci, absqve arenato in maceria compositi*, eine Wand von blossen Steinen ohne Kalck zusammen gesetzt. Serv.

Assicesco, *is*, *ere*, *siccus fio*, wol trucken werdē. Colum. l. 12. c. 6.

Assicco, *as*, *are*, trockenen / ut: *Tum rursum in sole assiccavit*. Col. l. 12. c. 6.

Assiculus *i*, *m. vel* axiculus *i*, *m.* ein kleines Bret. Colum. l. 6. c. 19.

Assidei *sunt Judæi, qvi cultui divino semper assidebant*.

Assidelæ *mensæ vocantur, ad qvas sedentes flamines sacra faciebant*. Festus.

Assideo, *sedi*, *sessum*, *sidere*, (a) *est assistere, juxta sedere*, darneben sitzen/ darbey sitzen/ut: *Huic assident*, sie sitzen bey jhm pro Planco.

b *Assidere insano, est ad insaniam proximè accedere*. Hor.

c *Segniter assidere uno loco*, lange sich an einem Orth auffhalten. Curt. 438.

d *Adsidere*, ein Beysitzer seyn in einem Gericht/ut: *Liberti adsidere possunt*. l. 2. ff. de off. adsess.

e *In consilium curatoris Reipvir ejusdem civitatis adsidere non prohibetur*. l. f. ff. eod.

Assido, *edi*, *sessum*, *ere*, niedersitzen / beysitzen / ut: (a) *Assido*,

sido, accurrunt servi, soccos detrahunt. Terent. Heavt.

b *Tum in bibliotheca, qvæ in Lycio est, assedimus*. Cic. 2. de divin.

Assidue, *adverb. jugiter*, fleissig/ stets. Cic.

Assiduitas *atis*, *f.* (a) *est diligentia*, Fleiß. 1. Acad.

b *Assiduitas est frequentia*, Stetigkeit / ut: *Cum omnibus horis aliqvid atrociter fieri videmus, audimus, etiam qvi naturâ mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus*. pro S. R. LI.

Assiduitas spectaculorum. Svet. in August.

c *Adsiduitas apud Romanos requirebatur inter alia in candidatis, ad qvos pertinebat ambire, prensare & rogare*. Rosin. Antiqv. Rom. l. 7. c. 8.

Assiduò, *adverb.* i. e. *assiduè*, embsig/ stets. Plaut. Mil.

Assiduus *a um*, (a) *est continuus, qvi (Festo autore) in ea re, qvam frequenter agit, qvasi consedisse videtur*, stetig/ ut: *Fuit assiduus mecum*, er ist stetig bey mir gewesen. pro M. Cæl. V.

Assidua successu cadis ovantem. Ovid. Metam. l. 12. f. 5.

Assiduus in prædiis est, er hält sich stetig auff dem Land auff. pro S. R. VI.

Roma assiduus fui. pro S. R. XXIX.

b *Assiduus in XII. tabulis pro locuplete & facilè facienti dictus ab assibus*, id est *are dando*, ein wolhabender Mann. Gell. l. 16. c. 10.

c *Assiduo miles*, Soldat welcher auff seine Unkosten dienet *huic opponitur ararius*, ein Söldner.

Assignatio *onis*, *f.* (a) *attributio*, Verordnung. Cic.

b *Assignatio liberti*, wenn der Vater einen Knecht frey lässet / einem aber unter seinen Kindern das Recht des Patrons zueignet. tot. tit. Instit. de adsign. libert. l. 1. ff. eod.

c *Assignatio*, Abzeichnung/ Zumessung. Jul. Front. de re agr.

Assignator *oris*, *m. qvi assignat libertum uni ex filiis*. l. 3. §. 1. & 5. ff. de adsign libert.

Assigno, *avi*, *atum*, *are* (a) *est dare, distribuere*, ut: *Assignare æqualiter aut sorte*, entweder auff gleiche Theil / oder durch das Loß zuschreiben. l. 11. ep. 20.

Qvoqvo modo verò je res habeat, nihil assignabis nec patruo nec patri. Attic.

De qvo qvicqvid detrahas, necesse est, aut infirmitati aut invidiæ assignetur. Cic.

Οἰκονομία si perturbatior est, tibi assignato, te enim sequor διάθεσιν. ad Her.

b *Assignare aliqvid alicui*, einem etwas einhändigen/überantworten / ut: *Heres institutus*

res hereditarias tantùm pernumerare & mulieri adsignare debet. l. 1. §. 24. ff. de ventr. in posses.

c *Assignare quasi signis determinare & attribuere; hinc ager assignatus dicebatur, qui colonis colendus attribuebatur.* Front. de re agrar.

d *Adsignare libertum*, i. e. *testificari, cujus ex liberis libertum cum esse voluit.* l. 107. ff. de V. S. ut: *Alimentorum caussa libertos filiis attributos, filiis assignatos non videri, respondi.* l. 11. de adsign. lib.

Assilio, *ui*, & *ivi*, *assultum*, *ire*, *aggredi*, herzu springen / ut: (a) *Assilire à tergo.* Sil. l. 7.

b *Assilire de maribus brutis coëuntibus*, ut *Nam nisi prius ea marem cognovit, assilientem admissarium calcibus proturbat.* Col. l. 6. c. 37.

Assimilis *e*, *c. prorsus similis*, gleich / ut: *Assimilis spongiis mollitudo*, gleich als ein Schwam. Cic. 2. de nat. Deor.

Assimiliter, *adverb. similiter*, dergleichen / eben also / ut: *Assimiliter mihi hodiè obtigit*, dergleichen ist mir heute begegnet. Plaut. Bacch.

Assimilo, *avi*, *atum*, *are*, *est comparare*, vergleichen / ut: *Grandia, si parvis assimilare licet.* Ovid.

Assimulatio *onis*, *f.* Gleißnerey / Heucheley. Plin. l. 11. c. 49.

Assimulo, *avi*, *atum*, *are*, (a)

est id, quod non est, fingere, sich anstellen / ut: *Adibo atque assimulabo, quasi nunc exeam*; ich wil hingehen und mich stellen / als käme ich jetzt herausser. Eun. 3, 2, 8.

b *Assimulare aliquem, ei se alicui reddere similem.* Ovid.

c *Assimulare nuptias* Ter. in Andr.

d *Paternum amicum me assimulabo virginis*, ich wil mich vor ihres Vaters Freund außgeben. Terent. in Phorm.

e *Assimulata familiaritas*, Cic. pro Cluent.

Assipondium, *pondus unius assis*, Gewicht eines Pfundes / Pfund-Gewicht. Varr. de lingva Latin. l. 4.

Assis *is*, *m.* (a) ein Bret / eine Thiele / ut: *Asses sive axes, (unde coassatio & coaxatio,) sunt sectiles tabulæ ligneæ.* Bud. & Philand. ad Vitr. l. 4. c. 2.

b *Assis idem quod As.*

Assisia, *apud Milesios vocabatur Pallas.* Sipont.

Assisto, *astiti*, *astitum*, *ere*, (a) *est astare*, *stando præsentem esse*, *juxta esse*, beyständig seyn / beystehen. *Ego assistam huic altrinsecus.* Mercat.

b *Assistere*, *est quiescere, non moveri*, bestehend bleiben / ut: *Assistere ad fores.* Cic. 1. Verr.

Assitus *vid.* adsitus.

Assius *i*, *m. est lapis, qui & σαρκοφάγος dicitur, quia corpora*

pora in hujus lapidis vena condita XL. diebus absumuntur, exceptis dentibus. Nascitur in Asso Trojadis urbe. Plin. l. 36. c. 17. Dioscor. l. 5. c. 99.

Asso, *as*, *are*, (a) braten / *hinc assatus, à quo inassatus.* Plin. l. 30. c. 10.

b *Assare dicuntur tibicines, cum solis tibiis canunt.* Nonius & Josephus Scaliger. ad Varr.

Associo, *as*, *are*, zugesellen / ut: (a) *associare passus.* Stat. 3. Theb.

b *Associare pro adaptare & conjungere.* Claud. de bell. Gildon.

Assoleo, *es*, *ere*, *hinc:*

Assolet, *ferè impersonaliter legitur*, man pflegt / ut: *Assolent.* Terent. Andr.

Assoleret. Cic. 2. de nat. Deor.

Assono, *ui*, *are*, mitlauten / zustimmen / wiederschallen / ut: *Evyon ingeminat, reparabilis assonat Echo.* Pers. Satyr. 1.

Plangentibus assonat Echo. Ovid. Met. l. 3. f. 7.

Assudesco, *is*, *ere*, schwitzen / *verbum antiquum*, Varr. 4. de Lingv. Lat. *dictum assum, quod ab igne assudescit.*

Assvefacio, *feci*, *factum*, *facere*, gewehnen / ut: *Assvefacere aliquem alicui rei*, einen an ein Ding gewehnen. Cic.

Assvefactio *onis*, *f.* Gewonheit.

Assvefio, *factus sum*, *fieri*, gewehnet werden / ut: *Scelerum exercitatione assvefactus*, der

übels zu thun gewohnet. Cic. 1. Cat.

Assvesco, *svevi*, *svetum*, *scere*, (a) *est longa consvetudine aliquid facere*, gewohnen / ut: *Assvescere à teneris*, von Jugend auff gewohnen. Virg.

b *Assvescere, assvetus*, vulgò *Dativo junguntur, Ciceroni Ablativis*, ut: *Homines labore assiduo & quotidiano assveti*, Leute die der täglich- und stettigen Arbeit gewohnet. de Or.

c *Assvescere pro assvefacere.* Paterc. l. 2 c. 79.

d *Pompejus Xerxem togatum vocare assveverat*, Pompejus pflegete Xerxem einen togatum zu nennen. Paterc. l. 2. c. 33.

Assvetudo *inis*, *f. consvetudo*, Gewonheit / ut: *Degenerabat à labore & virtute miles assvetudine voluptatum & contemtu ducis*, die Soldaten verlohren ihre Tapfferkeit und Tugend durch Gewohnheit der Wollüste und Verachtung d' Obristē. Tacit. l. 18.

Assula *æ*, *f.* (a) ein Spän / *ab assis*, ut: *Fomites sunt assulæ ex arboribus dum cæduntur, excussæ.* Festus.

b *Assulæ* nocant *qualibet fragmenta & imprimis τὰ ἐκπελεκήματα, ex marmore, dum cælitur, excussa.* Vitr. l. 7. c. 6. & Bald. in Lex. Vitr.

Assulatim, *i. e. minutatim*, ut: *Assulatim dedolare viscera.* Plaut.

Assulosè, *idem.* Plin. l. 12. c. 22.

Assultim, *adverb.* sprungsweise. Plin. l. 11. c. 24.

Assulto, *as, are,* herzu springen/ ut: *Mox ingruit asultans, contrà, belluæ exurgens.* Plin.

Assultus *us, m.* Anlauff / Ansprung. Virg. 5. Æneid.

Assum *vid.* Adsum.

Assumo, *sumsi, mtum, ere,* (a) *est accipere,* darzu nehmen / annehmen / ut: *Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus.* Cic. de fin.

Copiam dicendi assumere, die Macht zu reden empfahen / annehmen. I. de Orat.

b *Quod communiter dicunt tribuere seu arrogare sibi aliqvid,* ihme etwas zueignen / *Veteres Latini dixerunt assumere,* ut: *Qvod alteri detrahit, sibi assumit,* was er andern abnimmmet oder abzwackt/eignet er jhm zu. Off.

Pseudophilippus assumtis regni insignibus, brevi temeritatis pœnas dedit. Paterc. l. 1. c. 11.

Dico illud, qvod in his causis non autoritati assumo, sed pudori meo. pro Syll.

Si id mihi assumo, videor id meo jure qvodammodo vindicare. Offic.

c *Assumere aliqvem filium,* einẽ an Kindesstatt auffnehmen. It. *assumere aliqvem patronum,* einen zum Vormund auffnehmen / *minus scitum est, Latini*

adoptare dicunt, ut: *Ego autem, qvem potius adoptem aut invocem, qvam illum, qvo defendente vincere didici.* Cic. vid. adopt.

d *Assumere aliqvem in nomen, est cooptare aliqvem in familiã & jus nominis.* Plin. ep.

Assumptio *onis, f.* (a) *acceptio,* Auff- oder Annehmung / ut: *Assumptione dignum.* Cic.

b *Assumptio particula orationis, per qvam id, qvod expositione ad ostendendum pertinet, assumitur.* Cic. l. 1. de Juvent.

c *Assumtio Logicis est propositio altera sive minor in Syllogismo.* Fab. l. 5. c. ult.

Assumptivus *a um,* qvod *assumit,* ut: *Assumptiva est, qvæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem, foris autem aliqvid defensionis assumit.* Cic. 1. de Juvent.

Assuo, *sui, assutum, ere, suendo annectere,* annehen/anflicken. Horat. in art. poet.

Assurgo, *surrexi, surrectum, ere,* (a) *est idem fere qvod surgere,* auffstehen/ ut: *Qvæ dum laudatio recitatur, vos, qvæso, qvicam detulistis, assurgite.* pro Cluent.

b *Assurgere in arborem est crescere in altitudinem arboris,* zu einem Baum werden. Plin. l. 24. c. 4.

c *Turres dicuntur assurgere, qvando extruuntur.* Virg.

d *Assurgere dicitur animus, qvando augetur,* einen Muth bekommen/ut: *Gaudet in adversis animoq; assurgit Adrasto.* Virg.

e *Assurgere alicujus honori,* einem zu Ehren auffstehen / einem Ehre erzeigen. Stat.

f *Assurgere alicui est honorem exhibere alicui,* ehrerbietig gegen einem seyn/ ut: *Nemo tibi in curiã venienti amplius assurrexerit.* I. P.

Ut majoribus natu assurgatur, ut supplicum misereatur. de Juv.

g *Assurgere in honores,* zu Ehren kommen / ut: *In triumphum & pontificatum assurgit.* Paterc. l. 2. c. 52.

h *Assurrectum est, & assurgitur,* man stehet auff. Svet. in Aug. c. 56.

Assus *a um,* (a) *ad ignẽ torrefacto,* gebraten. Plaut. Mostell. *it.* Cic.

b *Assus* i. e. *solus, merus,* ut: *Assa voce canere,* i. e. *sola voce, absq; instrumentis musicis.*

Assyria *regio Asiæ, hinc:*

Assyrius *a um,* ut: (a) *Assyrium aurum.* Lucan. l. 4.

b *Assyria malus.* Plin. l. 12. c. 3.

Ast, *Conjunctio discretiva,* aber/ ut: *Ast significat at, sed, autem.* Festus.

Asta *pro* Hasta.

Astaci, ἀστακοί, *è genere sunt cancrorum.* Plin. l. 6. c. 31.

Astandæ, *apud Persas erant cursores publici,* Postreuter/welche einander ablösen. Suid. & Lipsius ep. 359.

Astaphis *idis, f. uva passa dicitur,* Rosinen Plin. l. 23. c. 1.

Astaphylinos, *pastinaca sylvestris, qvæ & staphylinos dicitur.* Ruell. l. 3. c. 41.

Asteismus *i, m.* ἀστειισμὸς, *urbanitas & civilitas, cùm salsè & facetè aliqvid ridemus.*

Aster *i, m.* ἀστὴρ, (a) *stella,* ein Stern.

b *Aster atticus est herba,* Sternkraut. Matthiol.

c *Aster Samius species est terræ cujusdam, ad multos medicinæ usus conducentis, qvæ in Samo insula effoditur: Ita dicta à stellæ imagine, qvæ illi imprimi sigillo consvevit; hujus meminit* Galen. l. 9. simpl.

Asteria, ἀστερία, *gemma inclusam lucem pupillæ modo qvandam continens.* Plin. l. 37 c. 9.

Asterias *æ, m.* (a) *avis, ex genere ardeolarum sic dicta à punctorum varietate.* Gesner.

b *Asterias, piscis ex genere rajarum,* ein Stern-Roche.

Asterion *ii, species est aranei, cujus morsu labefactantur genua, ut tradit* Plin. l. 29. c. 4.

Astericum *i, n. herba est oxymi folio, qvæ & Helxine sive parietaria dicitur,* Tag und Nacht / S. Peters Kraut. Plin. l. 22. c. 4.

Asteriscus *i, m.* ἀστερίσκος, *stellula, est signum* (*) *cum aliqvid*

quid inscribendo omissum est vel variatum, quâ nota usi sunt veteres scriptores.

Asterno, *astravi, atum, asternere, juxta sternere*, hinzu streuen / darneben legen. Ovid. l. 2. Metam.

Asthma *atis, n. est frequens densa & anhelosa respiratio*, Engbrüstigkeit. vid. Med. Piact.

Asthmaticus *a um*, (a) *asthmate vel potius δυσπνοΐα sive difficultate respirationis laborans*, der schwer athemet / it. dem ein Stickfluß gefallen. Cels.

b *Aqua asthmatica*, Lufftwasser. vid. Schrod. Pharmac.

Astici ludi, *ab Astu*, i. e. *Athenis, quasi Attici ludi.* Svet. in Calig.

Astipulatio *onis, f. Assensus*, Zustimmung / ut: (a) *Qua de re extat etiam Annaei Senecae astipulatio.* Plin. l. 29. c. 1.

b *Astipulatio, pro affirmatione*, Bejahung / Bekräfftigung. Qvintil. l. 11. c. ult.

Astipulator *oris, m.* (a) der einer Meynung ist / ut: *Stoicorum astipulator Antiochus.* Cic.

b *Astipulator pro teste*, ut: *Testes tot, qvibus omnibus caussa est justissima, cum astipulatore suo comparabantur.* Cic. pro Qvintio.

Astipulatus *us, m. assensus vel attestatio*, Zustimmung / Verwilligung. Plin. l. 7. c. 47.

Astipulor, *atus sum, ari, assentiri*, mit beystimmen / verwilligen. Plin. l. 7. c. 48. & Liv. 9. bell. Maced.

Astituo, *ui, utum, ere, in loco collocare*, zu recht legen / an seinen Orth legen. Plaut. capt. 4, 2, 66.

Asto, *astiti, itum, are, idem ferè est qvod stare*, ut: *Cum ad Achillis tumulum astitisset*, als er bey des Achills Grabstätte gestande. pro Arch. IIX. *Mane atq; asta.* Gistell.

Astragalismus, *ludus tesserarum, jactus talorum*, Würffel-Spiel / Köten-Spiel.

Astragalum *i, n.* ein Stäblein / ut: *Astragalum Lesbium*, ein außfliessendes Stäbgen. Vitruv. l. 4. c. 6.

Astragalus *i, f.* (a) *sive talus, nuncupatur os primum tarsi.* vid. Vesling. c. 17.

b *Astragalus ludus, in qvo talis utebantur*, Würffel-Spiel. Svet. in Aug.

c *Astragalos Homerus appellat septem vertebras spinæ, ex qvibus collum constat.*

d *Astragalus, herba*, Christianwurtzel. Lon. *it.* Plin. l. 26, 8.

e *Astragali sunt partes qvædam in columnarum spiris*, die Stäblein / Reiffe oder Ringe an den Seulen und Gesimsen / ut: *Astragali faciendæ sunt octava partis trochili*, die Stäblein sollen ein $\frac{1}{8}$ des Hohlkeels haben. Vitr. l. 3. c. 3.

Tertia pars crassitudinis capituli detur hypotrachelio cum astragalo & apophygi. Id. l. 4. c. 7.

Astrantia *æ, f.* (a) *herba*, ut: *Astrantia alpina sive astrantia mas*, Bergmeisterwurtz. Matth.

b *Astrantia nigra*, Berg-Sanickel. Dodon.

c *Astrantia (sive ostrutium) Imperatoria, Laserpitium*, Meisterwurtz / Magistrantz / Ostritz. vid. Botan.

Astrentium *vid.* Ostrutium.

c *Bolus i, priore brevi, jactus Latinè dicitur,* ein Wurff.

d *Bolus, primâ longa, terræ genus est, ex pallido rubrum, vaporibus Martialibus imprimis impregnatum: Medicis dicitur* Bolus Armenia, *vel* Armena, *eò quod ex Armenia, finitimisq; locis, præcipuè advehatur,* rother Bolus.

Bombacium *ii, n. Gossipium,* Baumwolle. Matthiol.

Bombarda *æ, f. à bombus & ardeo, tormentum ferreum, fistula ænea, machina igniloma,* eine Büchse / Musquete / Feuerrohr.

Bombax, *adverb. contemnentis vel negligentis.* Plaut. Pseud.

Bombax, arbuscula exotica, ferens fructus instar nucis crinitæ, in qua semen latitat lanugine mollissima involutum, Baumwollen-Baum.

Bombilo, *as, are,* &

Bombio, *is, ire,* & Bombito, *as, are, dicuntur apes,* ut: *Bombitat ore legens munera mellis apes.* Ovid. de Philom.

Bombitatio *onis, f.* das Sumsen der Bienen / ut: *Bombitatio est sonus apum sicut mugitus boum.* Festus.

Bombus *i, m.* (a) *sonus tubarum raucus,* Trompeten-Schall. Pers. Lat.

b *Bombus apum,* Getöse oder Sumsen der Bienen. Varr.

c *Bombus est sonus quem edunt remi, in aquam demissi.*

d *Bombus, sonus de tonitru.*

e *Bombus pro applausu populi.* Svet. in Ner.

Bombycinus *a um,* seidin / ut: *Bombycina vestis,* ein seidenes Kleid.

Bombycinum *i, n.* Seiden oder ein seiden Kleid. *Bombycinum & sericum communiter confunduntur, sed propriè illud conficitur ex telâ bombycum; hoc verò ex lanâ, quæ apud Seres vel Seras Indiæ populos ex arboribus depectitur.*

Vestimentorum sunt omnia lanea, lineaque vel serica, vel bombucina. l. 23. §. 1. ff. de aur. & argent.

Bombylius *i, m.* der Schmetterling / welcher aus dem Seidenwurm wird.

b *Bombylius, vitrum angusto ore, bombum,* h. e. *sonum inter bibendum edens,* ein Engster / ein Gölckglaß / Guttorff.

Bombyx *ycis, m.* (a) *vermis,* ein Seidenwurm. Plin. l. 11. c. 22.

b *Bombyx pro materia illa unde vestes bombycinæ,* generis fœm. Seiden. Plin.

Bona Dea, *quam veteres* Faunam *sive* Fatuam, *sive* Bentam *dixere. Hanc scripsit* Varro, *tantæ pudicitiæ fuisse, ut nullus illam dum vixit, præter virum, mas viderit, nec nomen ejus audierit; propter quod illi in aperto sacrificabant mulieres.*

Bonassus *vel* Bonasus *i, m.* βόνασος, *fera est, quæ* (ut scribit Aristoteles) *in monte Mesapo, qui Pæoniæ ac Mœsiæ limes est, invenitur.* Ejus meminit & Plin. l. 8. c. 15. ein wilder Büffel.

Bonifacia, *herba aliàs laura Alexandrina,* Zapffenkraut. Matthiol.

Bonitas *atis, f.* Gütigkeit / ut: (a) *Perpetua naturalis bonitas.* Corn. 778.

b *Bonitas agrorum,* fruchtbare Ecker. Cic. 2. de leg. Agr.

c *Bonitas divina,* GOttes Gütigkeit. Cic. lib. 2. de Nat. Deor.

Bonum *i, n. Subst. significat rem bonam,* ein Gut / ut: (a) *Nulli est homini perpetuũ bonum,* es ist kein Mensch / dem es jmer wol

wol gehe/ kein Gut wäret bey den Menschen ewig. Curcul. 1, 3, 33.

Dic mihi, an boni quid usquam est, quod quisquam uti possit sine malo omni. Merc. 1, 2, 34.

b *Bona animi*, Seelen und Gemühs Güter / *quæ recenset* Cornel. §. 426.

Sola bona, quæ honesta; mala tantùm, quæ turpia. Tac. Hist. l. 4. c. 5. Gell. l. 12. c. 5.

c *Bona naturæ*, natürliche Gaben/ ut: *In his sunt ingenium docile, come, aptum ad artes optimas, magna corporis dignitas.* Corn. 276.

Dion prater nobilem propinquitatem, generosam, majorum famam, multa alia ab natura habuit bona: magnas præterea divitias, à patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Corn.

d *Bona fortunæ*, Glücks-Güter.

e *Bona*, *idem quod patrimonium*, *vel census cujusq.*, Güter/ ut: *Legare usumfructum bonorum suorum uxori.* Cic. in Top. l. 49. & 208. ff. de V. S.

f *In bonis, & ex bonis alicujus esse, differunt. Nam res in bonis nostris esse dicitur, quæ ad nostrum pertinet patrimonium*, unser eigen Gut. *Ex bonis nostris est res, cujus custodiam saltem præstamus*, als verpfändetes / verdutgetes/ vermiethetes/ anvertrauetes ꝛc. Gut. l. 2. §. 22. ff. vi bonorum rapt.

g *Bona mobilia & immobilia*, bewegliche und unbewegliche Güter.

h *Bonorum possessio in jure prætorio eandem vim habet, quam hereditas de jure civili. Quia enim prator heredes facere non potest, ideò illi, quos loco heredum constituit, vocantur bonorum possessores*, Besitzer der Verlassenschafft. §. 1. & 2. inst. de bonor. poss. & ff. eod.

i *Bona adventitia*, Güter/ welche die Kinder ohne Zuthun der Eltern / doch weder durch Krieg / noch durch studieren/ erlanget.

k *Bona castrensia*, Soldaten Gut.

l *Bona quasi castrensia*, Studenten Gut.

m *Bona profectitia*, Güter/ welche die Kinder durch die Güter oder Vermittelung des Vaters erworben.

n *Bona materna*, mütterlich Erbtheil.

o *Bona vacantia vel caduca*, Herrnlose Güter. §. 9. inst. de usuc. l. 3. ff. de his quæ in testam. del.

Bonus *a um*, (a) *idem quod commodus*, gut/ ut: *Juventutem ad bonas artes acuere*, die Jugend zu guten Künsten anfrischen od anführē. Plin. l. 2, 7.

b *Bono alicui esse, est utile esse*, nütze seyn / ut: *Illud Casianum; Cui bono fuit?* I. A.

Hoc

Hoc aliis quoq; bono fuit, das hat andern auch in ihren Kram gedienet. ad Herenn.

c *Boni consulere aliquid*, mit etwas vor lieb nehmen. vid. æquus.

d *Bonus, idem, quod magnus*, ut: *Bonam sermonis partem in alium diem distulimus*, wir haben ein gut Theil des Gesprächs auff einen andern Tag auffgeschoben. Or.

Melior pars diei, i. e. *major*. Virg. 9. Æn. 33.

e *Bonus, idem quod probus*, from / ut: *Ideò estis boni, quandoquidem semper odistis malos.* Pseud. Prol. v. 6.

f *Bonus, idem quod placidus*, sanfftmüthig / ut: *Bona verba, quæso*, ey lieber/ gib gute Wort. And. 1, 2, 33.

g *Augustus Agrippam militiâ bonum*, (i. e. *peritum*) *consulatu extulit.* Tac. Ann. l. 1. c. 3.

h *Campos militi Romano ad prælium bonos*, i. e. *aptos*. Id. l. 2. c. 14.

i *Bona fides sumitur pro firma opinione, qua quis credit rem suam esse: Hinc bona fidei emtor est, qui ignoravit eum, qui vendidit, jus vendendi non habere.* l. 109. ff. de V. S. item: *Bona fidei possessores.* §. 3. inst. de usucap.

k *Bonum nomen*, eine gewisse Schuld/ ut: *Bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum*, der Gläubiger

erkennet den vor einen guten Schuldmann/ an den er sich anweisē lässet. l. 26. §. 2. ff. Mandati.

l *Bonus Heinricus*, herba aliàs *atriplex canina*, Hundsmelten / guter oder stoltzer Heinrich / Schmerbel. Matth.

m *Bonum hominem Ironicè appellabant illum, cujus torus per alium violatus erat, quem Italè cornutum vocare solent.* Henelius in otio Uratislav. c. 47.

Boo, *as, are, boum proprium*, schreyen wie ein Rind. Plaut. Amphit.

Boo, *is, bount pro boant.* Varr. & Nonius.

Boóna *æ, f.* i. e. *faba, phaseolus major*, Bohne.

Boótes *is, sive* Bootus *i, m. bubulcus, sidus est cœleste, quod aliàs Arctophylax vocatur.* Cic. de N. D.

Bopgyrus, *piscis nomen est in Ponto nascens, inq; scopulis vivens.* Plin. l. 32. c. 11.

Bora *dicitur lapis bufonites*, der Krötenstein.

Borax, *dicitur aliàs Chrysocolla, qua utuntur aurifices in agglutinando auro*, Borraß. Philand. in l. 7. c. 5. Vitruvii.

Borea *vid.* Boria.

Borealis *e, c. idem quod* Boreus, Nordlich/ Mitternächtisch.

Boreas *æ, m.* (a) *aquilo ventus*, der Nordostwind/ ut: *Gelidus Boreas.* Ovid. Plin. l. 2. c. 47.

b *Boreas, Vitruvio est ventus*

tas collateralis, Nordoſt bey Oſten. l. 1. c. 6.

Boreus *a um*, mitternächtiſch/ ut: *Polus boreus*, i. e. *ſeptentrionalis*.

Boria *ſive* borea, *jaſpidis genus, cœlo autumnali matutino ſimilis*. Plin. l. 37. c. 8.

Borrago *inis*, *f flos*, Borragen/ Borretz/ Borgelblumen.

Borrax *acis*, *eſt ſal quoddam compoſitum*. vid. Borax.

Boruſſia, *regio Germaniæ*, Preuſſen. hinc:

Boruſſus, *qui eſt ex Boruſſia*, ein Preuß.

Borſycites, *gemma eſt in nigro ramoſa, candidis aut ſanguineis frondibus*. Plin. l. 37. c. 11.

Boryptes, *gemma nigra, ſanguineis & albis nodis*. Plin. 37. c. 10.

Boryſthenes, *fluvius Scythiæ, hodiè*, der Dnyper-Fluß; hinc:

Boryſthenidæ, *populi ad Boryſthenem amnem*. Pomponius.

Boryſthenius *a um*, ut: *Boryſthenius amnis*. Ovid. l. 4. de Ponto.

Bos *bovis*, *c.* (a) *taurum vaccamq; ſignificat*, Rind/ Rindvieh/ Ochß. Valla l. 4. c. 42.

b *Bos initor*, ein Farrochſe/ Brümmer.

c *Bos jugatorius*, ein Schieb-Ochß/ Pflüger.

d *Bovem in faucibus portat*, proverb. *in edace olim dicebatur*.

e *Lucæ boves*, i. e. *ſylveſtres, quales ſunt uri & biſontes*, wilde Ochſen. Senec. in Hippol.

f *Luca bos*, i. e. *elephas*, Elephant. Plin. l. 8. c. 6. Solin. *Dicuntur ita, quod in Lucanis primùm Itali viderunt Elephantes tempore Pyrrhi*, ut: *Atq; prius pariet locuſta lucam bovem* Nonius. *Olim lucas boves fugit juventus Romula*, Auſon. ep. 15.

g *Bos Metonym. pro nummo, quod antiqua pecunia quædam boves ſignatos haberet, quædam etiam pecudes, unde pecunia nomen tractum*. Plin.

h *Bos in lingua*, proverb. *in eos, qui pecunia corrupti non audent, quod ſentiunt, dicere*.

i *Bos cornupeta*, ein ſtöſſiger Ochß.

Boſcas *adis*, & Boſcis, *vel* Boſchis *idis*, *volucris eſt, quæ clauſa paſcitur, quemadmodum anates & coturnices*. Colum. l. 8. c. 15. Krtech-Ente/ Krick-Ente.

Boſmarus, *frumenti religioſi genus eſt tritico minus, apud Indos, inter amnes proveniens, quod excuſſum protinus torretur: juramentoq; adiguntur meſſores, non aſportaturos, priusquam coxerint, ne ſemen in alias terras transferri poſſit*. Strabo l. 15.

Bosphorus *i*, *m. mare anguſtum ſignificat*, ut: *Boſphorus Thracius*, *Hinc*:

Boſphoranus *a um*, ut: (a) *Mithridates boſphoranus*. Tacit.

(b) *Boſphoranus*, i. e. *accola Boſphori*. Cic.

Boſphoricus, *a*, *um*, ut: *Mare Boſphoricum, quod Cimmerium appellatur*. Gell. l. 17. c. 8.

Boſphorius, *a*, *um* ut: *Mare Boſphorium*. Ovid.

Boſtrychites, *gemma crinibus mulierum ſimilis*. Plin. l. 37. c. 10.

Boſtryx, *ychis*, *m.* βόστρυξ, *muliebris capillus, cinnus, caſaries, plexi mulierum crines*, Weiber-Haar-Zöpffe. hinc:

Boſtrychus, eingeflochten Haar. Firmic. l. 4. c. 12.

Botaniſmus, βοτανισμὸς, Ægyptiorum arandi modus, de quo Plin.

Botanica, *æ*, *f. ſcientia herbarum*, die Kräuter-Wiſſenſchafft/ *de hac ſcripſerunt*, Matthiolus, Lobelius, Bauhinus, Tabernæmontanus, Fuchſius, &c.

Botanomantia, βοτανομαντία, *Magiæ ſpecies, quæ fit per herbas, quâ Circen & Medeam excelluiſſe, Poëtæ prodiderunt*.

Botanicum, *i*, *n. herbarium*, ein Kräuter-Buch.

Botanicus, *i*, *m. dicitur botanicæ profeſſor, vel alius, qui excolit botanicam ſcientiam*.

Botaurus *vel Butio*, Rohrbom-mel / Mooß- oder Waſſer-Ochs. Geſn.

Botellus, vid. Botulus.

Botrus, *i*, *uva*, *racemus*, eine Weintraube.

Botryon, *onis*, *m.* (a) *idem, quod botrus*. Mart.

(b) *Botryon, ſingulare medicamentum, quo Æſchines Athenienſis anginis medebatur & tonſillis, teſte* Plin. l. 28 c. 4.

Botrychus, βότρυχος. *Acinorum radix eſt, quæ ex palmite enaſcitur, unde acini ipſi pendent*. Gal. l. 2. de alim. facult.

Botrys, (a) *herbæ genus*, Trauben-Kraut/ Türckiſcher Beyfuß. Matth.

(b) *Botrys ſive botrydion, genus ornamenti muliebris, apud* Pollucem l. 5. c. 16.

Botrites, *gemma eſt, de quâ* Plin. l. 37. c. 10.

Botritis, *eſt Cadmia factitia ſpecies, referturq; inter recrementa metallica*, (Galmey. Galen. l. 9. ſimpl. & Plin. l. 34. c. 10.

Botularius, *i*, *m botulorum confector & venditor*, der Bratwürſte machet oder verkäuffet. Feſtus.

Botulus, *ſive botellus*, *i*, *m. farciminis genus è carne ſuillâ*, eine Bratwürſt.

Bova, vid. Boa.

Bova, *vas vinarium longum, turgidum & amplum, bovaq; ſerpenti ſimile*. Turneb.

Bovare, *antiquè dicebantur boves, quum vocem emittunt*. Varr. *idem, quod boare*, brüllen/ ſchreyen wie ein Ochs oder Kuh.

Bovile, *is*, *n. locus, in quo morantur*

tur boves; ein Ochsen- oder Küh-Stall. Colum. l. 2.

Bovillus, *a, um.* vom Rind/ ut: *Bovilla caro*, Rindfleisch. frequentiùs tamen dicitur *caro bubula*.

Bovinator, *oris*, i. e. *conviciator*, ein Schänder / Schmäher / Lästerer. Gell. l. 11. c. 7. *obsoletum est*.

Bovinor, *aris, ari, pro conviciari*. Festus.

Box, *bocis, genus piscis marini, à boando putatur dictum*. Plin. l. 32. c. ult.

BR. *in notis antiquorum. Bonorum.*

BR. SR. *Bonorum servi.*

B.R. *Bonorum rector.*

BRITANNIC. *Britannicus.*

B. R. P. N. *Bono Reipublicæ nato.*

BRT. *Britannicus.*

B.S. *Benè satisfecit, vel bona sua.*

B.T. *Bonorum tutor.*

Brabantia, *æ, f. regio Germaniæ*, Brabant. hinc:

Brabantinus, *qui est ex Brabantia*, ein Brabanter.

Brabéum, *i, n.* βραβεῖον, *victoriæ præmium*, der Preiß/Kleinod auff dem Kampffplatz.

Brabeytas vel Brabevta, *æ, m.* βραβευτὴς, *dispensator, præfectus gymnicis agonibus*. Designator latinè dicitur, *non dissimilis illis, qui hodiè vocantur Romæ Magistri cerimoniarum*, Cermonien-Meister. Svet. in Neron. l. 4. §. 2. ff de his, qui not. infam.

Brabium, *idem, quod* brabéum.

Brabyla, βράβυλα, *pruna Damascena*. Interpr. Theocr. Id. H. Plinio *herba est*, l. 27. c. 8.

Bracarum *conventus, unus è septem Hispaniæ. Universa enim provincia Hispaniæ dividitur in conventus septem, Carthaginensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Clunienſem, Asturum, Lucensem, Bracarum*. Plin. l. 3. c. 3.

Braca, idem, quod

Bracca, *æ, f.* (a) *vestis fluxa, intonsaq;, ac varii coloris*, ein rauch und bund Kleid. Diod. l. 6.

(b) *Braccæ, hodiè dicuntur* Hosen/ *braccæ laxatæ*, weite oder gefaltene Hosen. Lucan

Braccarius, *ii, m. braccarum vestium confector*. Lampridius.

Braccatus, *a, um. sive brachatus, i. e. braccis indutus*. Cic. ut:

Braccata *Gallia, dicta sic à vestium habitu*. Plin. l. 3. c. 3. *Aliàs Narbonensis dicta*, das Delphinat/ und *Provence*.

Brachæ, *idem, quod bracæ*. Tac. Hist. l. 2. c. 20.

Brachárius, *ii, idem, ac braccarius*. l. 1. §. 1. Cod. de excus. artif.

Brachiæus, *i, m. musculus dicitur, qui cubitum flectit*, das Arm-Mäußlein. Vesling.

Brachiale, *is, n.* (a) *carpus*, die Vorhand/ Hand-Wurtzel.

(b) *Brachiale, ornamentum brachiorũ*, Armband. Plin. 28. c. 7.

Brachialis, *e, c. quod est brachiorum*, ut: *Brachialis crassitudo*. Plin. l. 13. c. 11.

Brachiatus, *a, um.* ut: *Brachiata arbor*, ein Baum/ der viel Este hat.

Brachiata vinea, ein Weinberg/ welcher viel niedrige Weinstöcke mit vielen Reben hat. Colum. l. 5. c. 5.

Brachiolum, *i, n.* ein kleiner Arm/ ärmlein. Catul.

Brachium, *ii, n.* βραχίων, *os ulnare sæpè ponitur pro robore & potentia, quia in brachiis præcipuum habemus robur ad operandum, unde & pro divina accipitur potentiâ.* à Celso dicitur, & *pro toto brachio sumitur*, der Arm/ ut:

(a) *Hephæstionis brachium hastâ ictum est*, der Hephæstio ist mit einem Spieß am Arm verwundet. Curt. 821.

b *Brachia, in piscibus*, Floß-Federn. Plin. l. 9. c. 29.

c *Brachium de mari & fluminibus*, ein Außfluß des Meeres. *Item*: Ein Arm von einem Fluß. Liv. 2. bell. Pun.

d *Brachia annosa arboris*, alte Este eines Baumes. Virg. 6. Æn.

Tondere brachia arborum, Bäum außschneiteln. Virg. 2. Georg.

e *Brachia sunt membra catapultarum & ballistarum*, die beyden Arme an den Armbrüsten. Vitr. l. 1. c. 1. & l. 10. c. 15.

f *Brachium*, ein Graben/ ut: *Pompejus ex castris suis cœpit brachium ad flumen salsum facere*. Hirt. de bell. Hisp. c. 2.

g *Brachium militibus dicitur illa pars circumvallationis, quæ castra conjungit*, die Trenché, welche von einem Qvartier zum andern gehet, ut:

Rex castellum in proximo vico non longè à suis castris munivérat, brachiisq; cum opere castrorum conjunxerat. Hirt. de Bell. Alex. c. 5. Sic Justinus dixit *brachia muri*. l. 5. c. 8. & 9.

h *Brachium, sacra in scriptura sæpè ponitur pro robore & potentia, qvia in brachiis præcipuum habemus robur ad operandum, unde & pro divina accipitur potentiâ.*

i *Brachium seculare, ponitur sæpiùs pro Magistratu politico, sed minùs latinè.*

k *Brachia cancri*, Krebs-Scheeren.

Brachmanes vid. Bramanes.

Brachycatalecton, βραχυκατάληκτον, *desinens in brevem syllabam versus. Unde metrum brachycatalecticon.*

Brachycólon *dicitur Oratoribus, qvando unum colon est altero longius.*

Brachylogia, *æ f.* βραχυλογία, *brevitas sermonis, breviloqventia, qvâ res paucis efferuntur*. Qvint. l. 9. c. 3.

Bractea, *æ f. Laminam tàm ferream, æream, plumbeam, stanneam, qvàm auream, argenteam, electream, aurichalceam dicimus, à Græc.* βράχω, i. e. *crepo, resono*,

Blech. Vall l. 4. c. 74. *Aurum diducere in bracteas*, Gold schlagen.

Bracteæ etiam dicuntur Tritones, hoc est, *signa, quæ turrium metis, aut tectorum apicibus atq; fastigiis imponuntur, ventorum & tempestatum indices*, die Fahnlein/ Wetter-Hanen / oder dergleichen etwas/ das umblauffen kan/ welche man auff die Spitzen der Thürne und Häuser stecket / den Wind daran abzumercken.

Bracteārius, *ii m.* i. e. *τελαυεγὸς, qui bracteas facit*, in Codic. l. 10. tit. 63. *inter artifices numerantur bracteārii*, ein Goldschläger/ Blechschmied.

Bracteator, *oris m. pro bracteario* habet Firmicus.

Bracteātus, *a um.* (a) *est bractea obductus*, mit Blech überzogen. *It.* vergüldet.

b *Bracteata felicitas*, eine Glückseligkeit dem Schein nach/ Senec. ep. 115.

Bracteola, *æ f. folium auri*, ein Geld-Blätgen. *It.* Die *Folia*, oder das/ was die Goldschmiede unter die Edelgestein legen/ wenn sie sie einfassen/ damit die Farbe desto heller kömmet.

Bramanæ *vel* Brachmanæ Apulejo *in Florida sunt iidem, ac* Bramanes *sive* Brachmanes, *Philosophi Indici, quorum philosophandi genus*, ut indicat Stra-

bo l. 15. *non adeò à Pythagoricis præceptis alienū est.* Mandelslo in Itinerar. l. 1. c. 38.

Branca leonis, *dicitur Alchimilla* vid. suprà.

Branca *vel* Brancha ursina, *herba, dicitur & Spondylium & acanthus vulgaris*, Bärenklau/ Bärenwurtz. Matth.

Branchidæ, *Apollinis Didymæi Sacerdotes, apud Posideum oppidum & promontorium Ionia.* Plin. l. 5. c. 29. It. Strabo.

Branchiæ, *arum, dicuntur in piscibus secundùm cervicem follium more hiantes partes*, die Fisch-Ohren.

Branchus, *i m.* βράγχος, *raucedo*, Heiserkeit.

Brassica, *æ f. à præsecando dictam vult* Festus, Köhl/ ut:

a *Brassica lævis*, glatt oder schlecht Kohl-Kraut.

b *Brassica crispa*, krause Kohl-Kraut.

c *Brassica capitata*, Cappes/ Krauts-Haupt.

d *Brassica sylvestris sive Lampsana*, wilder Kohl.

e *Brassica marina*, Meer-Köhl.

f *Brassica canina sive apocynum*, Hunds-Köhl. Matthiol.

g *Brassica erratica.* Cato de R. rustic. c. 156. & 157.

h *Brassica sex foliorum*, vel *Brassica tralatitia*, Pflantze oder Kraut, Pflantze. Colum.

i *Stirpes brassica, seu radices*

ces brassicæ, Kraut-Dorschen / Kraut-Strünck. Plin.

k *Brassica medullifera*, Caulifior / *vulgò*, Carifiol / Käse-Köhl.

l *Semen brassicæ*, Pflantzen Saamen.

Brathys, βραθὺς, *herba Sabina*, Sevenbaum/ Siebenbaum. Plin. l. 24. c. 11.

Brávium, i. e. *brabium vel brabeum, seu victoriæ præmium.* Scot. voc.

Brauronia, βραυρώνια, *Festa erant in honorem Dianæ Athenis solita, in quibus de caprâ sacra fiebant.* Hesych.

Brauronia *Diana cognominata à Braurone populo*, ut scribit Stephan. *Brauron verò heros fuit. Brauroniæ meminit.* Strabo & Herodotus.

Braxea, *calceamentum comœdorum erat*, Tantzschuhe / *sicut tragœdorum cothurni. It. sunt calceamenta mulierum.* Isid. l. 19. c. 34.

Braxo, *as are, vox barbara, pro cerevisiam coquere*, Bier brawen.

Brechmasis, *vitium est in piperis arboribus, ex cœli intemperie, quo carbunculantur, fiuntq; semina cassa & inania*, Pfefferbrandt. Plin. l. 12. c. 7.

Bregma, *atis, pars anterior capitis, suprà frontem capillis tecta, dicitur & synciput*, das fördere Theil des Kopffs/ das Haupt-Blat.

Brephotrophium, βρεφοτροφεῖον, *parvulorum hospitium*, ein Wäisen-Hauß/ Fündel- oder Fündling-Hauß / darinn die Fündlinge und Wäisen erzogen werden. l. 19. & l. 23. Cod. de SS. Eccl. & rubr. Cod. de Ep. & Cler.

Bressilium, *ligni genus, quod ex Brassilia affertur*, Bresilien-Holtz.

Breve, *is n. Substantiv. pro eo, quod vulgò bordorellum dicimus*, eine Muster-Rolle/ Verzeichnis/ ut: *Breve nominum conscripsit.* Vopisc. in Aurelian.

Brevi, *Adverb. sive Ablativus pro Adverbio.*

a *Idem est ac breviter*, kürtzlich / mit wenigem / ut: *Brevi respondere.* Cic.

b *Brevi posteà mortuus est*, er ist kurtz darnach gestorben. Cic.

c *Quod Germani dicunt*, mit wenigem/ kürtzlich / in kurtzer Zeit / *brevi tempore, Latini efferunt*, ἐλλειπτικῶς, *brevi*, ut:

Id tametsi extra causam est, tamen percurram brevi, obgleich dasselbe zur Sachen nicht dienet/ wil ichs doch kürtzlich durchlauffen. pro Cecinn.

Brevia, brevium. (a) *vadosa, per quæ possumus vadere, quia aquæ breves sunt*, eine Furth. Serv.

b *Brevia sunt loca periculosa navigantibus, ubi mare non*

amplius navigari potest, untieffe örther in der See/Sandbäncke. Virg. in Æn.

Breviarium, *ii n.* (a) *opus concisum*, ein kurtzer Begriff. Svet. in Aug.

Eutropius quoque historiam suam appellat Breviarium, einen Außzug aus den Historien: *melius tamen dixisset, Summarium juxta illud Senecæ in ep. 39. Vide, inquientis, ne plus profectura sit oratio ordinaria, quàm hæc, quæ nunc vulgo* breviarium *dicitur; olim, cùm latinè loquerentur, Summarium vocabatur.*

b *Breviarium rationum*, die Rechnung. Svet. in Galb. c. 12.

Breviarius, *a um*, ut: *Rationes breviariæ*, Schulden-Verzeichnisse/die Außzüge. l. f. ff de Pecul. legat.

Breviculum, *i n.* ein Denckzedul. Barbar. ein Memorial. Rubr. Cod. de sent. ex brevic. recitand. *Ubi tamen alii legunt ex periculo.* Gothof. ib.

Brevigerulus, *i m. qui breve gerit*, ein Brief-Träger. Gloss. Isid.

Breviloqvens, *entis, o. qui paucis aliqvid scribit aut dicit*, der nicht viel Wort machet. Cic. ad Att.

Breviloqventia, *æ f.* &

Breviloqvium, *ii n.* eine kurtze Rede. Gell. l. 12. c. 2.

Breviloqvus, *a um*, ut: *Breviloquam substitutionem juris Do-*

ctores vocant, quam Modestinus nominat reciprocam, dum plures paucis verbis sibi invicem substituuntur. l. 4. §. 1. ff. de Vulg. & pup. Subst.

Brevio, *as are*, kürtzer machen/ zusammen ziehen/ut:

Qua & breviare quædam & exonerare, salvo modò Poëtæ sensu permittitur. Qvintil. l. 1. c. 9.

Ex illa totidem per partes sit breviantur. Manil. l. 3. v. 441.

Brevis, *is m.* ein Verzeichnis/ eine Tabell. Hinc Germ. Briefe.

Eos libros, quos me non habere brevis *subditus edocebit, librarii manu in charta scribi jubeas.* B. Hieronymus l. 1. ep. 5.

Milites suos sic ubiq; scivit, ut in cubiculo haberet breves, *& numerum & tempora militantium.* Lamprid. in Alex. Sev.

Brevis quidam asseveratur inventus, qui nomina continebat debitorum contractuum. l. f. C. de Conven. fisci debitor.

Brevis, *e c.* opponitur *longo*, kurtz/ ut: (a) *Exiguum & breve vita curriculum*, ein kurtzes Leben. pro Arch.

Longiorem orationem causa fortasse postulat, tua certè natura breviorem. pro Lig. XII.

b *Pro, paucis dicere, non longum esse in oratione, Cicero habet, breve dicere, breve facere*

Longum est dicere, sed hoc breve dicam. pro Sest.

Jam dabo operam, quàm maximè potero, ut breve id faciam. in Cat.

Brevitas, *atis f.* Kürtze/ut:

a *Brevitas autem laus est in aliqva parte dicendi, in universa eloqventia laudem non habet.* Cicer. in Bruto.

b *Brevitas arboris*, ein niedriger oder kurtzer Baum.

c *Brevitas diei.* Cic. 7. Verr.

d *Brevitas humoris*, i. e. *exiguitas*, wenige Feuchtigkeit. Vitr. l. 8 c. 2.

Breviter, *Adverb. idem, qvod brevi*, kürtzlich/ ut:

Sed hæc longiora fortasse fuerunt, qvàm necesse fuit; illa, qvæ majora sunt, brevius exponam. l. 6. c. 11.

Briareus, Βριάρεως, *Gigas cœli & terræ filius dicebatur, alio nomine Ægeon dictus.* Virg. l. 10. Æn. Hinc:

Briarejus, *a um, ad Briareum spectans.*

Brimo, Βριμὼ, *unum est ex Hecates sive Proserpina nominibus, ἀπὸ τῦ βρεμεῖν, hoc est, à terendo, impositum eò, qvod nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur.* Cæl. Rhod. l. 11. c. 16.

Brisa, *æ f. uva latinè dicitur, cum pedibus ad exprimendum vinum calcatur.* Colum. l. 21. c. 39.

Britanni, *incolæ Angliæ*, die Engelländer.

Britannia, *æ f. Anglia*, Engeland. Hinc:

Britannia magna, Groß-Britannien oder Engeland/ Schottland/ Irrland.

Britannicus, *a um*, ut: (a) *Balæna Britannica.* Juvenal.

b *Britannici olim dicebantur Imperatores, qvi devicerunt Britanniam.*

c *Britannica, herba est foliis oblongis, & nigris, radice item nigra.* Plin. l. 25. c. 3.

Britomartis, *sive* Brytona *Nympha, Cretensis formosa, qvæ cum perpetuo virginitatis voto, venationi vacaret, ad vim & stuprum Minois Regis declinandum, se in aqvas præcipitem dedit.* Diod. l. 6.

Britones, *vulgò* Bretoni, *populi sunt Minoris Britanniæ, qvæ est Galliæ Celticæ regio, ad Oceanum Atlanticum sita.*

Briza, βρίζα, *planta est Typhæ similima, in Thracia & Macedonia agris nascens, ex cujus semine panis fit gravis odoris & ater, membranosam habens substantiam.* Galen. l. 1. de alim. fac.

Brizo, βριζὼ, *Dea apud Græcos existimata, qvæ vaticiniis per somnia præesse credebatur.* Cæl. Rhod. l. 27. c. 10.

Brochitas, *bronchitas, atis f.* ut: *Senectus in equis & cæteris ve-*

terinis, intelligitur dentium brochitate superciliorum canicie Plin.

Brochon, arbor est nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Plin. l. 12. c. 9

Brochus, bronchus, bronçus, (a) Dens prominens, ein Bleck zahn/ den die Lefftzen nicht bedecken kan. Varr. de re rustic. l. 2. c. 7.

b Brochus, broccus vel brocchus dicitur Plinio, homo magnis dentibus & labris instructus, der ein groß Maul hat. l. 11. c. 37.

c Brochus, vas est vinarium fundendo vino accommodatum implendis, deplendisque culeis & vasis conditoriis, & vino quocunq; modo transvasando.

Bromius, βρόμιος, Bacchi nomen, ut: Thura dant, Bacchumq; vocant, Bromiumq;, Lyæumq; Ovid.

Bromos, βῶμος, herba est, folio & culmis tritico similis, in summo semen habens simile loculis, duplici cruce divaricatis, jumentorum potius, quàm hominum, nascens pabulo, Latini avenam appellant, Haber. Plin. l. 22. c. ult.

Bronchocele, (morbus) est tumor in gutture, amplo spatio extuberans, à flatu exortus, & cum tensione conjunctus. Cels.

Bronchus, i m. (a) est pars inferior arteriæ asperæ, das Unterheil der Lufft-Röhren / oder der Gurgel.

b Bronchi seu bronci sunt producto ore & dentibus prominentibus homines Non. vid Brochus.

Bronteum, βρονταῖον, machina erat sub scena, æneum habens vas, in quod decidentes calculi, & in eo circumacti, tonitrui sonum imitabantur: quod genus Claudiana tonitrua appellavit Festus, à Claudio inventore. Cæl. Rhod. l. 8. c. 8.

Brontia seu Brontias, æ f. Chelonitis sive ombria, (à Græco βροντὴ, tonitru) Groß-Krötenstein/ Donnerstein/ Wetterstein. Boet. de Boot. Plin. l. 37. c. 10.

Bruchus, i m. eruca vulgaris, insectum est vulgaris noxiæ, originem trahens vel ex stirpium excrementis, vel ex ovis papilionis Species totidem ferè sunt, quod plantarum, eine Raupe. Aldrovand.

Bruma, æ f. quasi brevima, i. e. brevissima.

a Dicitur stricte dies solstitii hyemalis, der kürtzeste Tag im Jahr/ ut:

A brevitate diurna bruma appellatur. Vitruv. l. 9. c. 5.

b Bruma pro hyeme. Virg. 2. Æn.

c Bruma ter dena, pro trigesima annis. Mart. l. 1.

Hyberna tempora bruma. Propert.

Brumalis, e c. Winterisch/ ut:

Brumale tempus, die Winter-Zeit. Cic.

Brumales dies, die kurtzen Winter-Tage. Vitr. l. 9. c. 5.

Brumale Solstitium. Colum. l. 11. c. 2.

Brumales horarum brevitates, die kurtzen Winter-Stunden Vitr. l. 9. c. 9. in fine, ubi loquitur Vitruvius de horologio, quod quemvis anni diem in duodecim horas dividit.

Brumalia, à Romanis dicebantur Bacchi sacra, quæ & Liberalia vocabantur: atq; bis quotannis celebrabantur, semel XV. Calend. Martii, atq; iterum XVIII. Cal. Septembr. Brumalia autem à Brumo dicebantur, quo nomine Romani Bachum appellabant. Cæl. l. 28. c. 25.

Brunella, æ, f. herba, dicitur & clarium, Officina lupulum appellant. Ruell. l. 2.

Brunsfels/ nomen ducit ab angina, (Germ. die Bräune) quam Brunellam alii vocant. Schröd. Pharm.

Bruscum vel Bruscus, (a) aliàs, Ruscus, Myrtacantha, Mäußdorn.

b Bruscum, i, tuber in acere arbore, de quo Plin. l. 16. c. 16.

Bruta, arbor est soli Orienti cognita, cupresso fusæ similis, albicantibus ramis, odore cedri. Plin. l. 12. c. 17.

Brutius, a um, à Brutiis populis Italiæ, ut: (a) Pontus Brutius. Senec. in Thyest.

b Brutius, a um, à Brutus, ut: Signa brutia. Sil. l. 7.

Brutus, a um, unverständig/ ut:

a Bruta animalia, unvernünftige Thiere.

b Bruta fortuna, das blinde Glück. Cic. ad Herenn.

c Brutum fulmen, ein Donnerschlag / der ohne Schaden abgehet.

Brya, æ, fruticis species, galla similem fructum ferens. Plin. l. 13. c. 21.

Bryon, βρύον παλάστιον, (a) Herba corallina, Meer-Moß/ Corallen-Mooß. Plin. l. 27. c. 8.

b Est & bryon muscus, in arboribus nascens & odoratus. Dioscorid. l. 1. c. 20. & Plin. l. 2. c. 141.

c Bryon item herba est quædam, quam Plinius lupum salitarium, Officina lupulum appellant. Ruell. l. 2.

Bryonia, æ f. herba & vitis alba, & bryonia nigra dicitur, Stickwurtz/ Hunds-Kürbis/ Zaun-Rüben. Matthiol. It. Plin.

Bryseus, dictus est Bacchus, ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod est inundare, madefacere: vel à Brysea urbe Laconiæ, in qua præcipuè celebatur.

Brytia, βρύτια τὰ, Græcis dicuntur uvarum partes solidæ, quæ musto expresso supersunt, Weinträster/ ut scribit. Gal. l. 2. de alim. facult. c. 8.

Bryton, βρύτον, vinum quoddam hordeaceum, quo temulenti re-

trorsum modò decumbunt, ac supini. Cæl. antiqv. lect. l. 7. c. 26. *Gaza reddit vinum hordiaceum.* Lex. Græc.

Bu, βῦ, *Particulam solebant veteres magnis & amplis rebus præponere: à magnitudine scilicet bovis; hinc:* Βυπαδας, *magnos pueros; bupodas magnos pedes; bulimiam magnam famem dixêre.* Fest. *Bucephalus magnum caput habens.*

Bua *vel* Buas, *æ potio est puerorum infantium,* Varro de liberis educandis, citante Nonio, *thoracem buâ inficere,* das Wammes mit dem Trincken oder Essen betreuffeln.

Bubalia, βουβάλια, *ornamenta mulierum, quæ circa manus feruntur.* Pollux l. 5. c. 16.

Bubalinus, *a um,* ut: *Bubalina stragula,* à Juris-Consulto *dicta sunt, quæ equis insterni solebant. Expellibus enim bubalinis fiebant antiquitùs stragula ad equos.*

Bubalus, *i m. bos sylvestris,* ein Büffel-Ochs. Martial. & Plin. l. 8. c. 15.

Bubastia, *orum, sunt sacrificia Ægyptiaca, in honorem Dianæ (quæ Bubastis appellatur* ab Ovid. Metam. l. 9. fab. ult.*) instituta.* Rosin. Antiqv. Rom. l. 2. c. 7.

Bubetiæ, *sive bubetii ludi, quos veteres à bobus pecoreq; appellabant. vide* Boalia.

Bubile, *is n. locus, ubi boves morantur,* ein Ochsen- oder Rinder-Stall Cato. c. 4. ut: *Culina conjuncta sint bubilia, quorum præsepia ad focum & orientis cœli regionem spectent, ideò, quod boves lumen & igné spectando horridi non fiunt.* Vitr. l. 6. c. 9.

Bubino, *as are, est menstruo sanguine inquinare.* Festus.

Bubo, *onis, c.* (a) *Dicitur avis monstrosa & funebris, à bovis quodam mugitu sic dictus,* ein Eule / Huhu. Plin. l. 10. c. 12. *Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.* Ovid. Metam.

b *Bubo, m. est inflammatio glandularũ sub axillis vel inguinibus exorta,* böse Beulen / Geschwür / Schlier / Drüsen.

Bubo, *is, ere, edere cantum, quem reddit butio avis palustris. Inq; paludiferis butio bubit aquis.* Autor de Philomela.

Bubonium, βουβώνιον, *herba, quæ & Aster Atticus appellatur.* vide suprà.

Bubonocēle, βουβωνοκήλη, *est species Herniæ intestinalis, quando ultrà inguina non delabuntur intestina.*

Bubrostis, *vide* Bupreſtis. l. 3. §. ff. ad L. Corn. de Sicar.

Bubsequa, *æ m. bubulcus, qui boves sequitur,* ein Kühe-Hirt. Sidon. ad Eutrop.

Bubulcitari, *bubulci officium facere.* Plaut. Mostell.

Bubulcus, *i m. qui vel bobus arat, vel boves fundi aratores pascit,* ein Ochsen-Bauer oder Küh-Hirt. l. 18. §. 6. ff. de Instrum. legat.

Bubulo, *are,* Schreyen / wie eine Eule / ut: *Bubulat horrendum ferali carmine bubo.* Ovid. de Philomel.

Bubulus, *a um,* ut: *Lac bubulum,* Kühemilch. Plin.

Bubulum corium, Ochsen- oder Küh-Leder.

Bubula scil. caro, Rindfleisch.

Bubulum femur, *herba, nervis utilis, recens in aceto & sale trita.* Plin. l. 27. c. 9.

Bucar, *genus vasis.* Festus.

Bucardia, βουκαρδία, *lapillus bubulo cordi similis.* Plin. l. 37. c. 10.

Bucca, *æ f.* (a) *propriè dicitur genarum concavitas,* Bußbacke / ut: *Buccas tumidas rumpere.* Pers. Sat. 2, 5.

b *Quod tibi in buccam venerit,* was dir ungefehr einfallen wird / ut: *Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito.* Cic. ad Att.

Buccea, *æ f. frustulum alicujus rei,* ein Bisse / Mund-Bisse / Maul-voll.

Buccella, *æ f. idem ac buccea.*

Buccellarii *Gallograci vocabantur: & buccellariorum regio Gallogracia,* ut est apud Svid. citante Alciato. *Sunt & buccellarii equites cataphracti per*

Orientem, qui suberant magistro militum, ein Einspänniger oder Austreiter / l. f. C. ad leg. Iul. de vi. & Gothofr. ib.

Buccellatum, *panis castrensis & frumentacei genus,* Zweback / Schiff-Brot. *Dicitur & bis-coctum: buccellatum verò dicitur, quod in buccellas, & quasi tessellata frusta, confectum sit.* l. 1. Cod. de erogat. milit. annon.

Buccina, Gr. βυκάνη, *æ f. instrumentum, quo signum datur ad pugnam,* ein Krumbhorn / hodiè, eine Trompete / ut:

a *Buccinâ datur signum,* man bläset zu Pferde. Curt. 164.

b *Buccina, pastorale instrumentum,* ein Düthorn. Colum. l. 6. c. 23.

Buccinator, *oris, m.* (a) *idem, quod æneator, qui buccinâ canit, ad incitandos ad prælium militum animos,* ein Hornbläser / Zinckenbläser / Trompeter. Cæs. 2. de bell. civil.

b *Buccinator, idem quod prædicator vel laudator,* ut: *Quod polliceris, te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id constantiq; animo facias licet.* l. 16, 21.

c *Buccinator,* i. e. *buccarum musculus.* Vesl.

Buccino, *are,* posaunen.

Buccinum, *genus conchæ, ex quâ fit purpureus color.* Plin. l. 9. c. 36. l. 70. §. f. ff. de Leg. 3.

Bucco, *onis m.* (a) *Buccones vocan-*

cantur homines amplas buccas habentes, quos Physiognomonici fatuitatis arguunt. Hinc:

b *Buccones notant fatuos & tardos.* Plaut. Bacchid. 1, 1.

c *Buccones pro parasitis, quos Plautus alibi plagipatidas vocásse videtur*, die umb Geld oder Essen auffblasen / und Maulschellen halten.

Bucconiatis, *genus quoddam uvæ, in Thurinis nascens collibus, quam non antè demetunt, quam gelaverit.* Plin. libr. 14 c. 3.

Buccula, æ, *f.* (a) *pusilla bucca*, ein Mäulgen / Apul. l. 6.

b *Buccula, pars cassidis, per quam mittitur spiritus, quæ buccam tegit. Nam cassis caput, buccula verò barbatas partes armat* Juv. Sat. 6.

c *Buccula sunt membra cataputarum, quæ etiam vocantur regulæ dentatæ*, teste Baldo Vitr. l. 10. c. 15.

Bucculentus, *a um*, baußbäckigt / ut: *Homo bucculentus.* Plaut. Merc.

Bucea, æ *f. folliculus grani fabæ interior, qui albus est*

Bucentaurus, *i m. navis magna undiq; auro fulgens Venetorum, quo annuatim Dux eorundem, cum Senatoribus Reipublicæ vehitur, ad sponsalia celebranda cum mari.*

Bucentes, βεκέντης, *stimulator boum, vid. Asilus*, Breme / Roßmücke.

Bucentrum, βεκέντρον, *stimulus, quo boves agitantur.*

Bucephalus, *i m.* (a) *Equus Alexandri Magni, sic dictus à latitudine frontis.* Curt.

b *Bucephalus, dicitur etiam Achaiæ portus*, Plin. l. 5. c. 4.

c *Bucephalus herba est eadem cum tribulo, ita dicta, quod bubuli capitis imaginem referat, duobus cornibus & rictu.* Marcell. Virgil. in Dioscor.

Buceras, *atos, n. herbæ, quæ notiori nomine dicitur fœnum Græcum.* Plin. l. 24. c. 19.

Buceriæ, *arum, f. greges boum*, Heerde Ochsen oder Kühe. Lucr. l. 2.

Bucerus, *a um*, βεκερως, *bubula habens cornua*, ut: *Armenta bucera.* Ovid. Metam.

Bucheis, *idis, herba est, quæ in Syria reperitur, tanta vehementiæ, ut ejus contactu libido mirè producatur.* Cœl. Rhod. l. 14. c. 9.

Buchianos, Festus, *Buccinam quam nos appellamus, Græci buchianon à similitudine soni dicunt.*

Bucolica, *orum, pl. n. Pastorale carmen*, Hirten-Gespräch.

Bucolicon, *species panacis herbæ, quæ panax agrestis dici potest.* Plin. l. 25. c. 4.

Bucolicus, *a um, dictum à eustodia boum*, ut: *Carmen bucolicum.*

Bucranium, βεκράνιον, *herba est Galeno, aliàs antirrhinum appellata.* Ruell. l. 3. c. 131.

Bucula, æ *f.* (a) ein Küh-Kälblein / Mutschgen. Virg.

b *Bucula pascua*, eine Trifft / Vieh-Weyde.

c *Bucularum structores vacationem munerum habere, scribitur*, l. ult. ff. de jur. immunitat. *Instrumentum illud est, cujus meminit* Vitruv. l. 10. c. 15. *vide suprà* Buccula, (c)

Buculus, *i m.* ein Ochßlein. Colum.

Buculus, *qui boves alit seu pascit*, ein Kühe-Hirt.

Bufo, *onis, m.* eine Kröte.

Bufonites, *est bufonius lapis*, ein Krotenstein.

Bugloſſa, æ *f.* & Buglossum, *i n herba, cujus variæ habentur species*, Ochsen-Zung.

Bugones, *m.* βύγονοι, *à Græcis dicta sunt apes, quoniam ex bove putrefacto nasci perhibentur.* Varr. de re rustic. l. 2. c. 5.

Bugula, æ *f. herba, quæ aliàs dicitur brunella cærulea, & consolida media.*

Bulapathum, βυλάπαθον, *herba ex lapathi generibus.* Plin. l. 20. c. 21.

Bulbaceus, *a um, idem ac* Bulbosus.

Bulbine, *es, herba est porraceis foliis, rubicundo bulbo.* Ruell. lib. 2.

Bulbito, *as are, puerili stercore inquinare.*

Bulbocastanum, *i n. radix bulbosa*, Erdnüsse / Erdkästen. Matthiol.

Bulbosus, *a um*, ut: *Bulbosa radix est, in qua bulbi conspiciuntur.* Plin.

Bulbus, *i m.* βολβός, ut: (a) *Bulbus agrestis, idem ac Colchicum sive ephemerum lethale*, Wiesen-Zeitlosen / Herbst-Blumen. Matthiol.

a *Bulbi sunt radices rotundæ, membranis suis tunicatæ, sive pluribus capitulis coagmententur, uno folliculo omnes ambiente, sive quædam tenus distinctæ separentur: cujusmodi sunt croci, narcissi, colocasiæ, scillæ, arundinum*, allerley runde Wurtzeln / die viel Häutgen oder Schälgen über einander haben / Zwiebeln. Palladius.

c *Bulbus esculentus*, Eschlauch.

Bulevta, æ *m.* βυλευτής, *Consiliarius, Senator, Decurio, Curialis.* l. 53. pr. Cod. de Ep. & Cler.

Bulevterion, βυλευτήριον, *locus consiliis publicis destinatus, Senaculum, Curia*, ein Rath-Hauß.

Bulevticum, *dicitur theatri pars senioribus ad spectandum assignata.* Cæl. lib. 8. cap. 8. & Pollux.

Bulga, æ *f.* (*aliàs Bursa, Græc.* βύρσα, i. e. *corium*) *sacculus ex corio aut alia materia con-*

fe-

fectus, quo circumferebant peregrinantes pecuniam, aut alia vitæ necessaria, ein Wärschter/Näser/Rantzen Festus.

Bulimia, βουλιμία, magna fames, unersättlicher Hunger. Gell. l. 16. c. 3.

Bulla, æ f. (a) insigne fuit puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis à pectore, quo significabatur, ætatem illam regendam aliorum consilio, à Græco βυλλὰ, eine Bulle / ut: Neque te tàm commovebat, quod ille cum toga prætexta, quàm quod sine bulla veneratus. Cic. 3. Verr.

b Bulla dicitur tumor ille inanis, qui visitur in aquis, momento temporis enascens & simul evanescens; eine Wasserblase / unde proverbiali formâ homo bulla dicitur, à Varrone l. 1. de re rust. c. 1.

c Bulla insigne erat triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eam remediis, quæ crederent adversus invidiam valentissima. Macrob.

d Bullæ dicuntur ornamenta, quibus cingula, ephippia, habenæ, &c. solent exornari, Buckeln.

e Bulla aurea, vid. Aurea bulla

f Bulla est cera sigillata, vel potiùs capsula ejus.

g Hinc etiam literæ, quas Papa obsignavit, bullæ dicuntur, Päbstliche Bull.

h Bulla notat etiam globulum æneum, ita excavatum, ut aqua innatare, & in horologio horas monstrare possit, dum Solis imaginem tenere videtur. Vitruv. l. 9. c. ult.

Bullatus, a um, (a) bullis ornatus. Juven.

b Bullata nuga, geschmückte Lügen. Pers.

c Bullati Doctores; welche nicht auff der Universität/ sondern von einem Comite Palatino den Gradum erlanget.

Bullio, is ivi itum ire, fervere, bullas emittere, sieden/ wallen/ strudeln/ streichen. Cels.

Bullo, as are, (a) idem ac bullio, hoc est, tumorem illum excrescentem, qui spiritu in aqua vel urinâ excitatur, facere, schäumen / Plin.

b Bullare pro sigillare.

Bullula, æ, f, parva bulla, ein Wasser-Blasgen.

Bumamma vel Bumammia uva eadem, quæ & bumastos dicitur. Varro de re rust. l. 2. c. 5. & Macrob.

Bumastos sive Bumastus, f. magna mamma, dicitur genus quoddã uvæ grandioris, quod tumeat ad similitudinẽ mammarum Plin. l. 14. c. 1.

Bumelia, Fraxini species in Macedonia amplissima & lentissima. Plin.

Bunias; adis, f. napus sativus, Steckruben. Plin.

Bunium; sive bulbocastanũ/ Trallani, Schäfers-Nüß/ Erdkästen. Matthiol.

Bupædas, magnos pueros, qui fecerunt finem excrescendi, Græci vocant. Festus.

Bupharus, βούφαρος, terra dicitur, quæ arari facilè potest. Cæl. l. 12. c. 5.

Buphonia, festa erant apud antiquos, quæ post mysteria celebrabantur pro bovis immolatione. Cæl. l. 12. c. 6.

Buphonum, herba, quam alii Chamæleontem vocant. Sipontin. sic dicta, quod boves eam comedentes necet, Eberwurtz. Matthiol.

Buphthalmus, βούφθαλμος, herba similis boum oculis, Rinds-Auge/ Kühdillen.

Buprestis, is, f. (a) animal ex genere cantharidum est, scarabæo longipedi simile, fallit inter herbas bovem maximè, unde & nomen habet. Plin. l. 30.

b Bupresti herba genus, quam in laudibus ciborum habuêre. Ruell.

Bura, æ, vel buris, is, f. dicitur pars posterior aratri decurvata, eine Pflugstertze. Virg.

Burdo, onis, quod ex equo & asina nascatur, ein Mauleſel. l. 49 pr. ff. de Leg. 3.

Burgensis, ut: Burgense feudum, aliàs ignobile, ein ungeadeltes Lehen. Alvarot.

Burgus, i m, Burgos vocant crebra per limitem habitacula. Scot. in Voc. Jur.

Buris, vid. Bura.

Burrhum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rusum. Festus.

Burrhanicum, genus vasis, Festus.

Bursa pastoris, herba est, dicitur & pera pastoris, Taschenkraut/ Hirtentasch / Hirtenseckel / Seckelkraut. Matthiol.

Bursa vel Byrsa, locus, ubi conveniunt mercatores, Latinius dicimus forum vel basilicam.

Buselinum, βουσέλινον; herba est sativo apio similis. Plin. l. 20. c. 12.

Bustar, idem, quod bustum. Charisius l. 1.

Bustuarius, ut: Bustuarii à busto dicti sunt gladiatores. Nam cùm mos esset, in sepulcris fortium virorum captivos necari; idq; posteà crudele visum foret: placuit, ut, eo more sublato, introducerentur gladiatores, qui ante sepulcra dimicarent, à quo bustuarii sunt appellati. Sipont.

Busycon, ficus erat præcipuæ magnitudinis, sed fatuo sapore, quæ alio nomine dicitur mariscæ. Festus.

Butaurus vel Butorius, i m. ein Wasserochs/ Rohrdommel. Plin.

Buteo, onis m. accipitris genus, triorches dictus, ein Rüttelgeyer. Plin. l. 11. c. 8.

Buthysia, βουθυσία, magnum sacrifi-